bile dꝛ tripl'r, qḋ, vel nō ē aptū natū videri, vt vox: q̄ nō eſt de gñe viſibiliū: vel qḋ male vꝛ: ſicut qḋ vꝛ in obſcuro, aut a remotis: vel qḋ natū ē videri, ⁊ nō vꝛ: ſicut qḋ ē oino i te nebris. Sic igit', ⁊ vno mō dꝛ infiᵐ, qḋ nō ē natū trāſiri (nā infinitū idē ē, qḋ intrāſibile) ⁊ h̄ ē: q̄ eſt de gñe nō trāſibiliū: ſicut indiuiſibilia: vt pūct⁹: ⁊ forma: p quē ēt modū dꝛ, vox inuiſibilis. Alio mō dꝛ infiᵐ, qḋ q̄ꝫtū ē de ſe trāſiri pt: ſꝫ eius trāſit⁹ nō pt pficia nobis: ſicut ſi dicat', pfunditas maris ē īfinita. Uel ſi pt pficiuī rix, ⁊ cū difficultate. Sic ſi dicam⁹, ꝙ iter vſqꝫ in indiā ē īfiᵐ. Et vtruqꝫ iſtoꝝ ptinet ad h̄, qḋ ē eē male trāſibile. Tertio mō dꝛ infiᵐ, qḋ eſt natū trāſiri, q̄ñ de gñe trāſibiliū exiſtēs: qḋ tn̄ nō hꝫ trāſitū ad fi nē: vt ſi eēt aliq̄ linea i ābis terminis: vel q̄cūqꝫ alia q̄ꝫtitas. Et ſic ꝯpple dꝛ infiᵐ. Aliā diuiſionē ꝑpriā infiniti pōit ibi [Ampli⁹ aūt infiᵐ.] Dicēs ꝙ infiᵐ dꝛ, vel p appōnē, ſicut in numeris: aut ſm diuiſionem: ſicut in magnitudinibus: aut vtroqꝫ modo: ſicut in tempore. ℂ Tertio ibi.

Argu. ℂ Sepabile igit' a ſenſibilib⁹ īfinitū eē nō pt: qḋ qdē ip̄ꝫ ſit īfinitū. Nā ſi īfinitū ip̄m, neqꝫ magnitudo ſit: neqꝫ multitudo: ſꝫ ſubā, ⁊ nō accñs: indiuiſibile erit pfecto. Diuiſibile. n. aut magnitudinē, aut multitudinē eē ꝯſtat. Si vō īdiuiſibile ſit: īfinitū nō erit: niſi pinde, atqꝫ vox ē inuiſibilis. At neqꝫ illi q dñt īfinitū eē: ip̄ꝫ h̄ pacto ponūt: neqꝫ nos q̄rim⁹, ſi ſit idē: tidē ip̄ꝫ: ſꝫ vt hꝫ ſine fine trāſactionē. Qḋ ſi īfinitum p accñs ſit: nō h̄ elemētū erit, eoꝝ q̄ ſunt: q̄ eſt infinitum: quēadmodum nec ipſum inuiſibile locutionis eſt elementum: ⁊ tamen vox eſt inuiſibilis.

T.c. 35 ℂ Sepabile qdē igit' eē infinitū a ſenſibilib⁹, ip̄m aliquid ens īfinitū, ipoſſe ē. Si nāqꝫ neqꝫ magnitudo, neqꝫ multitudo ē: ſuba aūt ip̄ꝫ infinitū, ⁊ nō accñs, indiuiſibile erit. Diuiſibile. n. aut magnitudo, aut multitudo erit. Si autem indiuiſibile eſt: non infinitum eſt: niſi ſicut vox inuiſibilis. Sed neqꝫ ſic dicūt affirmantes eſſe infinitum: neqꝫ nos q̄rimus: ſed

Diuerſ ſic, ⁊ grę/ci, ⁊ latini i hoc tex. ſtructionē.

T.c. 36 ſicut intranſibile. ℂ Si autē ſm accñs eſt infinitū: nō erit vtiqꝫ elemētū eoꝝ q̄ ſunt, ſꝫ ꝙ ē īfinitū, ſicut neqꝫ inuiſibile locutionis: quāuis vox ſit inuiſibilis.

ℂ Ponit rōnes ad excludēdū infiᵐ. Et p̄ ad excludēdū infiᵐ ſepatū, qḋ platonici poſuerūt. Scḋo ad excludēdū īfinitū a reb⁹ ſenſibilib⁹. ibi [Rōnabilr qdē igit'.] Circa p̄mū po

T.c. 40 nit tres rōnes: circa q̄ꝝ p̄mā dicit, ꝙ ipoſſe eſt eſſe infinitū ſepatū a ſenſibilib⁹: ita ꝙ ip̄ꝫ infinitū ſit aliqd p ſe exñs: ſicut platonici poſuerūt. Q2 ſi ponit' infinitū eē aliqd ſeparatū: aut hꝫ aliquā q̄ꝫtitatē. ſ. ꝯtinuā: q̄ eſt magnitudo: aut diſcretā q̄ eſt multitudo: aut nō. Si aūt eſt ſuba ſine accidēte: qḋ eſt magnitudo, ſiue multitudo: opꝫ ꝙ infinitū ſit idiuiſibile, q2 oē diuiſibile: vel eſt numerus: vel magnitudo. Si aūt aliqd eſt indiuiſibile nō erit īfinitū: niſi p mō. ſ. put dꝛ aliqd infinitū: qḋ nō eſt aptū natū trāſiri: ſicut dꝛ vox inuiſibilis. Sꝫ h̄ eſt p̄ter intētionē p̄ntis q̄ōnis: q̄ q̄rim⁹ de īfinito: ⁊ p̄ter intētionē eoꝝ q poſuerūt infinitū: nō. n. intenderūt ponere infinitū, ſicut indiuiſibile: ſꝫ ſicut itrāſibile. ſ. qḋ natū ē trāſiri: ⁊ nō hꝫ trāſitū. Si vō infinitū, nō ſit ſoluꝫ ſuba: ſꝫ ēt hēat accñs, qḋ ē magnitudo, ⁊ multitudo cui cōpetit infinitū: ⁊ ſic infinitū inſit ſubē, ſꝫ illud accñs: nō erit īfinitū, in q̄ꝫtū hꝫ p̄ncipiū eoꝝ q̄ ſunt: ſicut antiq poſuerūt. Sicut ēt nō dicim⁹ inuiſibile eē p̄ncipiū locutiōis: q̄uis accidat voci, q̄ ē p̄nᵐ locutiōis. ℂ Scḋaꝫ rōnē pōit ibi.

Argu. ℂ Pręterea, quonā pacto q̄ppiā ip̄ꝫ īfinitū eē pōtēſt neqꝫ numer⁹, neqꝫ magnitudo p ſe eē pōt: quoꝝ p ſe affect⁹ qdā ip̄ꝫ ē īfinitū: Min⁹. n. ip̄m p ſe, q̄ꝫ magnitudinem, aut numerum eſſe, neceſſe eſt.

ℂ Ampli⁹ q̄uo ꝯtinget aliqd eē ip̄m infinitum, ſi vere non eſt, ⁊ ſm numeꝝ, ⁊ magnitudinem: quorum eſt per ſe paſſio quędam, infinituꝫ: Adhuc. n. min⁹ neceſſe eſt eſſe, q̄ꝫ ſm numeꝝ, ⁊ magnitudinem.

ℂ Et ē talis. Min⁹ ē ſepabile ⁊ p ſe exiſtēs paſſio q̄ꝫ ſubm. Sꝫ infiᵐ eſt paſſio magnitudinis, ⁊ numeri: ſꝫ magnitudo, ⁊ numerus non pñt ſeparī, ⁊ p ſe exiſtere: vt in metaphyſica pbatū eſt: ḡ neqꝫ infiᵐ. ℂ Tertiam rōnem ponit ibi.

ℂ Perſpicuū ēt ē: īfinitū ſic eē nō poſſe, vt actu ſit: ⁊ vt ſuba p̄ncipiūue: nā īfinitū erit q̄cqd ipſi⁹ accipias ſi hꝫ ptes. Eſt. n. idē eē īfiniti ac īfinitū: vt pꝫ ſi ſit īfinitū ſuba ſit, ⁊ nō i ſubiecto. Quare ſit vt ip̄ꝫ: aut īdiuiſibile ſit, aut i īfinita ſit diuiſibile. At fieri neq̄t, vt idē multa ſit īfinita. At vō, vt ps aeris, aer eſt: ſic ⁊ īfinitū, ⁊ ps q̄uis īfiniti i ſi ſuba q̄dā, ⁊ p̄ncipiū ſit: (vti phr.) Uacat igit' ptib⁹, atqꝫ īdiuiſibile eſt. At eē nō pt, id tale, qḋ actu ē īfinitū. Neceſſe ē. n. ipſuꝫ q̄ꝫtū: qd eē. Per accñs igit' īfinitū ip̄ꝫ eē vꝛ: Qḋ ſi ita ſit: dictū iā ē antea, nō poſſe ip̄ꝫ p̄ncipiū dici. Sꝫ illud cui accidit: vt aerē: aut par. Quare abſurde dicūt pfecto, q tale illud eē cēſēt: vt Pythagorici dicūt. Nā ſubaꝫ faciunt ip̄m: ⁊ ſimul ēt pt'iunt. Uerꝫ hęc qdē forſitā inq̄ſitio v̄lis ē magis: ſi poſſit inquā īfinitū, ⁊ i mathematicis, ⁊ i itelligibilib⁹, ⁊ i hiſce q̄ nullā hñt magnitudinē eē. Nos autē ſi ſit i ſenſibilib⁹ (de qb⁹ doctrinā facim⁹) īfinituꝫ corp⁹ icremento, necne conſideramus, ac perſcrutamur.

Argu.

T.c. 37 ℂ Manifeſtū aūt ē, ꝙ nō ꝯtingit īfinitū eē, ſicut actu eē: ⁊ ſicut ſubaꝫ, ⁊ p̄ncipiū. Erit. n. quodlibet ipſi⁹ acceptū, īfinitū, ſi ptibile ē. Infinito. n. eē, ⁊ īfinituꝫ idē ē: ſi ſuba īfinitū ē: ⁊ nō de ſubiecto. Quare autē īdiuiſibile ē: aut i īfinita, diuiſibile. Multa aūt īfinita eē idē: ipoſſe ē. At vō ſicut aeris, aer pars ē: ſic ⁊ īfiniti, infinitū: ſiqdē ſuba eſt, ⁊ p̄ncipiū. Impꝛtibile igit', ⁊ indiuiſibile eſt. Sed impoſſibile eſt eſſe actu infinitum. Quantitatem. n. aliquaꝫ neceſſe eſt eſſe.

T.c. 38 ℂ Secūdū accñs ergo, eſt infinitū. Sed ſi ſic eſt: dictū ē, ꝙ nō ꝯtingit ipſum, dicere p̄ncipiūꝫ: ſed illud cui accidit: vt aerē: aut par. Quare inconuenienter vtiqꝫ enūciāt idē dicētes ſicut Pythagorici dicūt. Simul. n. ſubam faciūt infinitū, ⁊ partiunt'. ℂ Sꝫ

pbat hic Ariſt. (loquit ſimpli.) infinitū nec accñs. adiēs ⁊c.

T.c. 39 fortaſſis hęc qdē eſt v̄lis q̄uo magis: ſi ꝯtingit i mathematicis infinitū eſſe, ⁊ intelligibilibus, ⁊ in nullā hñtibus magnitudinē. Nos aūt intendimus de ſenſibilibus: ⁊ de qbus facimus ſciaꝫ: vtrū in ipſis eſt, aut non eſt corpus infinitum in augmentum.

ℂ Et dicit manifeſtū eē, ꝙ nō pōt poni, ꝙ infiᵐ ſit in actu: ⁊ ꝙ ſit ſicut ſuba q̄dā: ⁊ ſicut p̄nᵐ reꝝ. Aut. n. infinitum erit partibile: aut ipartibile. Si qdē erit partibile: neceſſe ē ꝙ qlibet pars eius ſit infinitū: ſi infinitū eſt ſuba: q2 ſi infinitū eſt ſuba: ⁊ nō dꝛ de aliquo ſubō, vt accñs, oportebit ꝙ idē ſit infinitū [⁊ infinito eē]. i. eſſentia ⁊ rō infiniti. Nō. n. idē eſt, id qḋ eſt album, ⁊ rā albi: ſed id qḋ eſt hō, eſt hoc qḋ eſt

natura

nã hoīs. vñ oportebit ꝙ ſi infiͫ ſit ſubã. aut ſit idiuiſibile: aut diuidaṫ i ptes infinitas: qḋ ē ipoſſe: qꝛ ex multis infini/tis cõponi aliqd idē, ē ipoſſe: qꝛ oporteret infiͫ terminari ad aliud infiͫ. Appet ēt nõ ſolū ex rõne: ſ3 ēt ex ſilitudine: qꝛ ſi infiͫ ſit ſubã ꝛ diuidaṫ, op3 ꝙ q̄libet ps eiꝰ, ſit infiͫ. Sic. n. q̄libet ps aeris ē aer: ita ꝛ q̄libet ps infiniti erit infinita: ſi infiͫ ſit ſubã ꝛ pñͫ. Qꝛ ſi ſit pñͫ, op3 ifiͫ eē ſubam ſimplicē nõ cõpoſitā ex ptibꝰ diſſormibꝰ: ſic hõ cuiꝰ nõ q̄libet ps ē hõ. Cū g̃ ipoſſe ſit alicuiꝰ infiniti q̄ilibet ptē eē infinitā: op3 ꝙ ifiͫ ſit ipartibile ꝛ idiuiſibile. S3 illud qḋ ē idiuiſibile ñ pt eē ifiͫ i actu: qꝛ qḋ ē ifiͫ i actu ē q̄ʒtū: ꝛ oē q̄ʒtū ē diuiſibile. Seq̄ṫ g̃ ꝙ ſi ē ifiͫ i actu nõ ſit ſic ſubã: ſ3 rõne accidētis, qḋ ē q̄ʒtitas. Et ſi h̄ ſit ifiͫ nõ erit pñͫ: ſ3 illud cui accidit ifiͫ: ſiue illud ſit aliq̄ ſubã ſēſibilis: vt aer: ſic poſuerūt phĩ nãles. ſiue ſit aliq̄ ſubã itelligibilis: vt par: ſic pythagorici poſuerūt. Vñ maniͫ ē ꝙ icõuenięter dixerūt pythagorici ponētes ifiͫ eē ſubaʒ: ꝛ ſil' cū h̄ ponētes ip3 eē diuiſibile: qꝛ ſeq̄ṫ ꝙ q̄libet ps eiꝰ ſit ifiͫ: qḋ ē ipoſſe vt. d. dictū ē. Ultio aūt dic̄, ꝙ iſta qḋ, q̄ ē, an ifiͫ ſit i mathematicis q̄ʒtitatibꝰ, ꝛ i rebꝰ itelligibilibꝰ nõ hñtibꝰ magnitudinē: ē magis vlis q̄ʒ ſit pñs ↄſideratio. Nos. n. itēdimꝰ ad pñs d rebꝰ ſēſibilibꝰ d qbꝰ tradimꝰ ſciaʒ nãlē: vtꝝ i ipſis ſit corpus infiͫ in augmētū: vt antiq nãles poſuerūt. Lec. viij.

Argu. ℭ Si igiṫ differēdi mõ ↄſiderabimꝰ: ex hiſce videbiṫ infinitū nõ eē. Nã ſi rõ corpis ē ſupficie terminatuz eē: nõ erit infinitū vllū/ aut intelligibile/ aut ſenſibile corpus. At v̄o neq3 numerus/ ita vt ſeparatus/ ac infinitus. Numerus. n. ois/ ꝛ id qḋ numeꝝ h3: numerabile eſt. Si igiṫ fieri põt/ vt ipſum numerabile numeretur: ꝛ infinitum quiſpiam poterit pertranſire.

T.c.40 Rationabiliter qdē igiṫ ſpeculātibus/ ex huiuſmodi videbiṫ nõ eē vtiq3. Si. n. eſt corporis rõ/ qḋ planitie determinatū ē: nõ erit vtiq3 corpꝰ infinitū neq3 intelligibile:

T.c.41 neq3 ſenſibile. ℭ At v̄o/ nec numerꝰ ſic ē/ ſicut separꝰ ꝛ infinitꝰ. Numerabile. n. numerꝰ ē: aut habens numeꝝ. Si ergo numerabile poſſibile eſt numerari, ꝛ tranſiri vtiq3 poſſibile erit infinitum.

Poſtq̄ṁ Phs remouit opinionē antiquoꝝ, q de infinito, nõ nãlr loq̄bant: h̄ oñdit nõ eē ifiͫ, ſicut phĩ nãles ponebāt. Et p̄ h̄ oñdit p rõnes logicas. Scḋo p rõnes nãles ibi. [Phyſice aūt magis.] Dicūt aūt pme rõnes logice, ñ qꝛ ex terminis logicis logice ꝓcedat: ſ3 qꝛ logico mõ ꝓcedūt. ſ. ex cõibꝰ ꝛ ꝓbabilibꝰ: qḋ ē ꝓpriū ſyllogiſmi dialectici. Põit g̃ duas logicales rõnes: i quaꝝ pᵃ oñdiṫ, ꝙ nõ ſit aliqḋ corpꝰ infiͫ. Diffõ. n. corpis eſt, ꝙ ſit determinatū [planitie]. i. ſupficie, ſic diffõ linee ē, ꝙ eiꝰ termini ſunt pūcta. Nullū aūt corpꝰ determinatū ſupficie eſt infinitū. g̃ nullū corpꝰ ē infinitū: neq3 ſenſibile qḋ ē corpꝰ nãle: neq3 itelligibile qḋ ē corpꝰ mathematicū. Qḋ g̃ dic [rõnabilr.] exponēdū ē logice. Nã logica dr̄ rõnalis phia. ℭ Scḋo ꝓ oñdit ꝙ nõ ſit ifiͫ multitudine. Dē. n. numerabile ↄtingit numerari, ꝛ p ↄñs numerādo trāſiri. Ois aūt numerꝰ, ꝛ oē qḋ h3 numeꝝ, eſt numerabile: g̃ oē hõ ↄtingit trāſiri. Si igiṫ aliqs numerꝰ ſiue ſepatꝰ, ſiue i ſenſibilis exñs, ſit infinitus: ſequeṫ ꝙ poſſe ſit trāſire infinitū: qḋ ē ipoſſe. ℭ Attēdēdū aūt ꝙ iſte rõnes ꝓbabiles ſūt, ꝓcedētes ex hs q̄ cõiter dicūt: ñ aūt ex neceſſitate ↄcludūt: qꝛ q poneret aliqḋ corpꝰ eē infinitū, nõ ↄcederet ꝙ de rõne corpis eēt terminari ſupficie: niſi forte ſ3 potētia: q̄ʒuis h̄ ſit ꝓbabile ꝛ famoſuʒ. Similr q diceret aliq̄ʒ multitudinē eē infinitā: nõ diceret eā eē numeꝝ: vel numeꝝ hñe. Addit. n. numerꝰ ſup multitudinē rõnē mēſurationis. Eſt. n. numerꝰ multitudo mēſurata per

T.c.42 Ad eiꝰ ex empl. aduertit, ꝛ thamiſtiꝰ, cõia vocat, ex qbus rocatur hic phs.

vnū: vt dr̄ i. 10. meta. Et pp h̄ numerꝰ poniṫ ſpēs q̄ʒtitatis diſcretę: ñ aūt multitudo: ſ3 ē d trāſcēdētibꝰ. ℭ Scḋo ibi. T.c.21

ℭ Sed ſi magis nãlr cõtēplabimur/ ex hiſce q̄ deinceps dicent: nullū infinitū corpꝰ i rõne reꝝ eē videbitur. Nec. n. cõpoſitū eē pt/ nec ſimplex. Cõpoſitum igiṫ corpꝰ nullū ē ifiͫ: ſi elemēta multitudine ſint finita/ neceſſe ē. n. ꝛ plura eſſe: ꝛ ęq̄litatē iter ↄ̄ria ſp eē: ꝛ vnū ipſoꝝ ifiͫ nõ eē. Nã ſi ignis qdē ſit finitꝰ: aer aūt ifinitꝰ: q̄ʒq̄ʒ vniꝰ corpis vis/ iferiorē alteriꝰ vi: atq3 ps ignis/ ęq̄lē aeris ptē vi ſupat mõ exceſſꝰ aliquē ſubeat numeꝝ. Tñ ifiͫ corpꝰ ſupabit vt p3: atq3 finitū ſane corrūpet. Nec vnūqḋq3 ifiͫ eē põt. Nã corpus qdē ē: qḋ oi ex pte dimēſionē h3. Infiͫ aūt qḋ ſine fine ē extēſuʒ dimēſiõe. Quibꝰ ſit vt ifiͫ corpꝰ p oē3 ſit dimēſionē i ifiͫ extēſuz. At v̄o neq3 pt ifinitū corpꝰ vnū ac ſimplex eē: aut ſimplr aut vt qdā inquiūt id qḋ eſt p̄ter elemēta: ex q̄ hęc generāt. Sūt. n. q h̄ faciūt ifinitū: ſ3 nõ aerē: aut aq̄ʒ ne ab infinito cętera corrūpanṫ. Hñt. n. iter ſe ↄ̄rietatē: ꝙ pe cū aer frigidus: aq̄ humida: ꝛ ignis calidus ſit. Quoꝝ ſi vnū eēt ifinitū: cętera iā fuiſſent corrupta. Nūc āt aliud ifiͫ inq̄ūt eē: ex q̄ hęc fiūt. At ipoſſe ē/ nõ ſolū ifinitū h̄ eē (de h̄. n. cõe qd eſt dicēdū de oi ſilr: ꝛ aere: ꝛ aq̄: ꝛ q̄uis alio ſimplici) ſ3 ēt eſſe tale corpus ſenſibile: p̄ter ea corpa q̄ elementa vocanṫ. Oia nāq3 in id diſſoluunṫ/ ex q̄ fiūt, ꝛ ↄſtāt. Quare p̄ter aerē, ignē/ terrā/ ꝛ aq̄ʒ: corpus h̄ aliud eēt. At nullū eē vr̄. Neq3 igiṫ ignis: neq3 aliud qcq̄ʒ elemētoꝝ ifinitū eē pt. Oino. n. ꝛ abſq3 h̄ eſſe ir: q̄ʒ ipſoꝝ aliqd ifinitū ipoſſe ē, ipm vniuerſum/ aut eē/ aut fieri vnū qd ipſoꝝ (ſi ſit ēt infinitū) pinde vt Heracliꝰ aſſerebat. Oia dicēs rādē fieri ignē. Eadē ꝛ ad illud vnū accõmodabiṫ: qḋ p̄ter elementa nãles phi faciunt: omne enim ad contrarium ex contrario: vt ad frigidum ex calido ſolet mutari.

ℭ Phyſice aūt magis ↄſiderātibus ex his/ manifeſtū erit. Neq3. n. cõpoſitū poſſe ē eē ifinitū/ neq3 ſimplex. Cõpoſitū qde igiṫ nõ erit ifinitū corpꝰ/ ſi finita elemēta ſunt multitudine. T.c.42 Neceſſe ē. n. plura eē/ ꝛ ęq̄re ↄ̄raria ſp: ꝛ ſi eē vnū ipſoꝝ ifinitū. Si nāq3 q̄ʒtūcūq3 deficiat q̄ in vnoquoq3 corpe ē potētia/ a potētia alterius (vt ſi ignis finitus ſit: aer aūt infinitus. eſt aūt ęq̄lis ignis/ ęq̄li aeri in potētia q̄ʒtūcūq3 duplicatus: ſolū aūt numeꝝ quēdā hñs) ſic manifeſtū/ ꝙ infinitū excellit/ ꝛ corrūpit finitū. ℭ Unūquodq3 aūt infinitū eē ipoſſe eſt: corpus. n. eſt penitꝰ T.c.43 hñs dimēſionē. Infinitū aūt indeterminate diſtans eſt. Quare infinitum corpus vbiq3 diſtans erit in infinitum. ℭ At vero/ neq3 vnum conuenit infinitū corpꝰ eē ꝛ ſimplex: neq3 ſicut dicūt qdā: ꝙ extra T.c.44 elemēta eſt/ ex quo alia generanṫ, neq3 ſimplr. Sūt enim qdā qui hoc faciūt infinitū/ ſed nõ aerem/ aut aquā/ q̄tinus nõ alia corrūpanṫ ab infinito. Hñt. n.

Vide ſm pliciū cir/ca hęc exempla. adinuicē ↄtrarietatē/vt aer qdē,humid⁹/ aq̄ aūt fri
gida:ignis vō calid⁹:quoꝝ ſi eēt vnū infinitū:corrū
perent vtiq₃ iā alia. Nunc āt dñt alteꝝ eē:ex q̄ hęc
T.c.45 ſunt. ¶ Impoſſe eſt aūt eſſe aliqđ corp⁹ huiuſmodi
infinitū (de hoc.n.cōe qddā dicēdū eſt: ⁊ de oi ſil'r/
⁊ aere/⁊ aq̄/⁊ q̄libet.) Si p̄mo dicēdū/ φ nō ē hu
iuſmodi corp⁹ ſenſibile extra notata elementa. Oē
nāq₃ ex q̄ ē/⁊ reſoluit' i h̄. Quare eēt vtiq₃ hoc cor/
pus/p̄ter aerē/⁊ ignē/⁊ terrā/⁊ aquā. Vr̄ aūt nul/
T.c.46 lū huiuſmodi. ¶ Neq₃ igit' ignē/neq₃ alioꝝ elemē/
toꝝ nullū/ↄtingit infinitū eē aliqđ. Oino.n. ⁊ p̄ter
id qđ īfinitū ſit aliqđ ipoꝝ:ipoſſe eē: ſi tñ īfinitū ſit:
aut eē:aut fieri vnū aliqđ ipoꝝ. ſicut dicit Heracli/
T.c.47 tus oia fieri aliqñ ignē. ¶ Eadē aūt rō ē/⁊ de vno/
⁊ de alio qđ faciūt extra elemēta phyſici. Oē nāq₃
mutat' ex ↄtrario in ↄtrariū: vt ex calido in frigidū.
¶ Inducit rōnes nāles ad oñdēdū φ nō ſit corpus infinitū
in actu. Circa quas ↄſiderādū eſt: φ q2 Ariſ: nōdū ꝓbauerat
corpus cęleſte eſſe alterius eſſentię a q̄tuor elemētis: opi/
nio aūt cōis ſuo tpe fuerat, φ eſſet de nā q̄tuor elemētoꝝ:
ꝓcedit in his rōnibus, ac ſi nō eſſet aliud corpus ſenſibile
ex̄ q̄tuor elemēta: ſ₃ ſuā ↄſuetudinē: q2 ſemp añq₃ ꝓbet id
T.c.13 qđ eſt ſuę opinionis: ꝓcedit ex ſuppōne opinionis aliorū
cōis. Vñ poſtq₃ ꝓbauit in p̄ libro de cęlo ⁊ mūdo, cęlū eē
alteri⁹ nāę ab elemētis: ad veritatis certitudinē iterat ↄſi
derationē de infinito: oñdēs vſc φ nullū corpus ſenſibile
eſt infi^m. Hic aūt p̄ oñdit φ nō ſit corp⁹ ſenſibile infi^m: ſup
poſito, φ ſint elemēta finita multitudine. Scđo oñdit idē
2ª parte T.c.48 vſc ibi. [Op₃ aūt, ⁊ de oi.] Dicit ḡ p̄ φ ꝓcedēdo nāliter. i.
ex ꝑncipijs ſcię nālis: magis ⁊ certius ↄſiderari poterit, φ
nō ſit corp⁹ ſenſibile infi^m ex ħis q̄ dicent'. Oē.n.corp⁹ ſen
ſibile, aut eſt ſimplex aut cōpoſitū. Primo ḡ oñdit φ nō ſit
corpus ſenſibile cōpoſitū infi^m: ſuppoſito φ ſint elementa
finita ſm multitudinē. Nō.n.pōt eſſe φ vnū ipſoꝝ ſit infi/
nitū, ⁊ alia finita: q2 ad cōpoſitionē alicuius corporis miſti
reqrit', φ ſint plura elementa: ⁊ φ ↄtria aliq̄ mō adęquent':
alias cōpoſitio permanere nō poſſet: q2 illud qđ eſſet oino
potētius deſtrueret alia: cū elemēta ſint ↄtra. Si aūt vnum
elemētoꝝ eſſet infi^m: nulla ęqlitas eſſet alijs finitis exiſten
tibus: q2 infi^m iproportionabil'r excedit finitū. Non ḡ hoc
pōt eſſe φ vnū tm̄ coꝝ q̄ veniūt in miſtionē, ſit infinitum.
¶ Poſſet aūt aliqs dicē φ illud infi^m eſſet debilis v̄tutis
in agēdo: ⁊ iō non pōt vincere alia. ſ. finita q̄ ſunt forcioris
v̄tutis: vtpote ſi infinit⁹ ſit aer: ⁊ finitus ignis. ¶ Et iō ad
h̄ remouēdū dicit, φ q̄tūcūq₃ po^a vnius corporis qđ po/
nit' infi^m deficiat a po^a alterius corporis, qđ ponit' finitū:
vtpote ſi ignis ſit finit⁹, ⁊ aer infinitus: neceſſe eſt tñ dicē:
φ aer q̄tūcūq₃ duplitat⁹. i. ſ₃ aliquē numeꝝ multiplicat⁹,
ſit ęqlis igni in po^a. Si n. po^a ignis eſſet cētuplo maior, q̄₃
po^a aeris eiuſdē q̄titatis: ſi aer cētuplet' ſm q̄titatē: erit
ęqlis ei in po^a: ⁊ tñ aer cētuplat⁹ eſt multiplicat⁹ ſ₃ aliquē
numeꝝ determinatū: ⁊ vincit' a po^a aeris infiniti. Vñ ma/
nifeſtū ē, φ ēt po^a ignis, vinceret' a po^a aeris infiniti: ⁊ ſic
infi^m excellit ⁊ corrūpit finitū: q̄tūcūq₃ potētioris nāę vi
deat'. Sil'r ēt nō pōt eſſe φ qđlibet elemētoꝝ ex qb⁹ cōpo/
nit' corp⁹ miſtū ſit infi^m: q2 de rōne corporis eſt φ habeat
dimēſiones in oēm p̄tē: nō in lōgitudinē tm̄, vt linea: neq₃
in lōgitudinē ⁊ latitudinē ſolū, vt ſupficies. De rōne autē
infiniti eſt, φ habeat diſtantias ſeu dimēſiones infinitas: igr̄
de rōne corporis infiniti eſt, φ habeat dimēſiōes infinitas
in oēm p̄tē: ⁊ ſic nō pōt eſſe φ ex pluribus corporibus infi
nitis, aliqđ vnū cōponat': q2 qđlibet occupat totū mūdū,
niſi ponant' duo corpa eē ſimul: qđ ē ipoſſe. Sic igit' oñſo

φ corp⁹ cōpoſitū nō p̄t eſſe infinitū: oñdit vlteri⁹, φ nec ēt
corpus ſimplex: neq₃ vnū elementoꝝ: neq₃ aliqđ mediū in/
ter ea: vt vapor eſt mediū inter aerē ⁊ aquā. Quidā.n. po/
ſuerunt hoc eſſe p̄n^m. ex eo alia generari dicētes: ⁊ hoc di
cebāt eſſe infinitū: nō aūt aerē, aut aquā, aut aliqđ alioꝝ ele
mētoꝝ: q2 ↄtingeret alia elemēta corrūpi a quocūq₃ ipſoꝝ,
qđ infinitū poneret': q2 elemēta hñt ↄrietatē adinuicē: cū
aer ſit humid⁹, ignis calid⁹: terra ſicca: vñ ſi vnū hoꝝ eſſet
infinitū corrūperet alia: cū ↄtriū natū ſit corrūpi a ↄtrio: ⁊ iō
dñt aliqd aliud ab elemētis eē infinitū: ex quo ſicut ex p̄n^o
elemēta cauſent'. Hāc aūt pōnē dicit eſſe impoſſi'm: nō ſolū
q̄tū ad hoc, φ dicit tale corpus mediū eſſe infinitū: q2 de
h̄ dicet' cōis qđā rō, ta de igne, ⁊ aere. ⁊ aq̄: q̄₃ ēt de corpe
medio. S₃ ex h̄ ipſo ēt eſt ipoſſis p̄dicta poſitio: q2 ponit
aliqđ ꝑncipiū elemētare, p̄ter q̄tuor elemēta. Nō.n. īuenit'
aliqđ corp⁹ ſenſibile p̄ter ea q̄ dñr elemēta. ſ. aerē, aquā, ⁊
h⁹. S₃ h̄ oporteret ſi aliqd aliud, p̄ter elemēta veniret in
cōpōnē iſtoꝝ corpoꝝ. vnū qđq₃.n. cōpoſitū: reſoluit' i ea ex
qb⁹ cōpoſitū eſt. Si igit' aliqd aliud veniret i cōpōnē iſtoꝝ
corpoꝝ, q̄₃ hęc q̄tuor elementa: ſeq̄ret' φ hic apud nos īue
niret' aliqđ corpus ſimplex, p̄ter iſta elemēta p reſolutio/
nē iſtoꝝ in elemēta. Sic igit' p₃, φ poſitio p̄miſſa falſa eſt
q̄tū ad hoc, qđ poſuit aliqđ corpus ſimplex p̄ter elementa
nota. Vlteri⁹ ḡ oñdit cōi rōne φ nullū elemētoꝝ poſſit eē
infinitū: q2 ſi aliqđ elemētoꝝ eſſet infinitū, ipoſſe eſſet totū
vniuerſū eſſe aliud niſi illud elementū: ⁊ oporteret φ oia
alia elemēta ↄuerterent' in ipſum: vel iā eſſent ↄuerſa i ipſū:
pp excellentiā v̄tutis infiniti ſup alia: ſicut Heraclit⁹ dic:
φ qñq₃ futuꝝ ē, φ oia ↄuertant' in ignē: pp excellētē ignis
virtutē. Et eadē rō eſt de vno elementoꝝ: ⁊ de alio corpe
qđ faciūt qdā nāles extra elemēta. Op₃.n. illud aliud hēre
ↄrietatē ad elemēta: cum ex eo ponāt alia gñari. Mutatio
aūt nō fit niſi ex ↄtrio in ↄtriū: vt ex calido in frigidum: ſicut
ſupra oſtenſum eſt. Sic igitur ⁊ iſtud corpus medium: ra/
tione contrietatis deſtrueret alia elementa. Lec. ix.
¶ Atq₃ ex his ēt de quouis ↄſiderare op₃: ſi poſſit Argꝫ.
necne/īfinitū eē/ſenſibile corp⁹. Ex his aūt patebit
īfinitū ſenſibile corp⁹ i rōne reꝝ/ eſſe oino nō poſſe.

Potteſt autem de oī ex his ↄſiderare: ſi
ↄtingat/aut nō ↄtingat/corp⁹ infinitū eē
ſenſibile. ¶ Qđ aūt oino ipoſſe ſit corp⁹ T.c.48
infinitū eē ſenſibile/ ex his manifeſtum.

Poſtq̄ Ph's oñdit nō eſſe corp⁹ ſenſibile infinitum
facta ſuppōne, φ ſint elemēta finita. Hic oñdit idē ſimpl'r abſq₃ oi ſuppōne. Et p̄ dicit de quo eſt intē
tio. Scđo exequit' ꝓpoſitū ibi. [Aptū.n. natū eſt.] Dicit Paulo poſt vnc dixe.
ergo primo, φ ex ħis quę conſequunt', op₃ conſiderare de
oi corpore vtr̄: nulla ſuppōne facta: ſi contingat qđcunq₃
corpus nāle eſſe infinitum. Et ex ſequentibus rōnibus,
manifeſtum fiet, φ non. ¶ Secundo ibi.
¶ Oē nāq₃ ſenſibile corp⁹ aptū ē/alicubi eē/atq₃ lo/ Argꝫ.
cus ē qdā cuiuſq₃/⁊ idē ē toti⁹/ac ptis/vt toti⁹ ter/
rę vniuſq₃ glebę: ⁊ ignis itē/atq₃ ſcintillę.
¶ Aptum.n. natum eſt oē ſenſibile/alicubi eſſe/ ⁊ lo
cus aliquis eſt vniuſcuiuſq₃/⁊ idē partis/ ⁊ ois eſt:
vt totius terrę/⁊ vnius glebę: ⁊ ignis/⁊ ſcintillę.
¶ Oñdit ꝓpoſitū q̄tuor rōnib⁹. Scđa icipit ibi. [Oino aūt T.c. 53
manifeſtū.] Tertia ibi. [Ampli⁹ oē corpus ſenſibile eſt.] T.c. 54
Quarta ibi. [Simpl'r aūt ⁊ ſi ipoſſe.] Circa p̄mā rōnē tria T.c. 55
fac. Pmo p̄ſupponit q̄dā neceſſaria ad rōnem. Scđo ponit
rōnē ibi. [Quare ſi qdē eiuſdē ſpēi.] Tertio excludit q̄ſdā 2ª parte
falſaꝝ opinionē. ibi [Anaxagoras aūt incōueniēter.] Pꝛę/ t.48.
mittit ḡ tria: quoꝝ p̄mū eſt. φ oē corp⁹ ſenſibile h₃ aptitu T.c. 50
dinē nālē, vt ſit in aliquo loco. 2^m eſt, φ cuilibet corpi nāli
conuenit

conuenit aliquis locus locorum, qui ſunt. Tertium eſt ꝙ idem eſt locus naturalis partis: ⁊ totius: ſicut totius terre, ⁊ vnius glebe: ⁊ totius ignis: ⁊ vnius ſcintille. Et hui⁹ ſignum eſt, ꝙ in quacunqꝫ parte loci totius ponatur pars corporis quieſcit ibi. ¶ Secundo ibi.

Argr. ¶ Quare ſi infinitū ꝑtiū ſit ſiſtum: imobile erit: aut ſp ferret. At id fieri neqt: cur. n. deorſuz magis ꝙ̄ ſurſuz: aut ad quēuis locū mouebit? Dico aūt ſi ſit gleba: quorſuz hec mouebit/ aut vbi manebit? Corpis enim eiuſdē forme/ loc⁹ ē īfinitus: occupabit ne igit totū locū? At quō fieri pt? Quenā igit ipſius qes: aut vbi nā erit? ⁊ qs pterea motus/ an vbiqꝫ manebit? ñ ergo motu ciebit. An oēz ad locū mouebit: ñ ergo qeſcet inqꝫ/ ac ſtabit. Sin vō ſit diſſilū priū: diſſilia ēt erūt, ⁊ ipſa loca. Atqꝫ ꝑmo qdē ipſi⁹ vniuerſi corp⁹/ ñ erit vnū/ niſi tactu. Deinde ptes/ aut ſūt īfinite ſpē: aut finite. At finite nequeūt eē. Erūt enim alie qdē īfinite: alie vō ñ īfinite. Si vniuerſū ē īfinitū: ignis inqꝫ/ vel aq̄. Tale aūt corruptio ē ꝯrijs ipſis: vt antea diximꝰ: ⁊ ob h̄ nemo nāliū īfinitū ipſ vnūqꝫ ignē aut terrā fecit. ſꝫ aut aerē: aut aquā aut id qd iter ipſa/ mediū collocarūt: qm̄ illoꝝ quidem loc⁹ manifeſte erat dterminat⁹/ atqꝫ diſtinct⁹. Hec aūt vtroqꝫ ī loco/ ī ſupero inqꝫ/ ac īfero/ eē pñt. At neqꝫ ēt īfinite: naz ſi ſint īfinite/ ac ſimplices: ⁊ loca erūt īfinita ꝑfecto: ⁊ īfinita ēt elemēta. Qd ſi h̄ eſſe neqt: ſintqꝫ ipſa loca finita: ⁊ totū ipm finitū eē neceſſe ē. fieri nāqꝫ nō pt: vt nō eq̄ ſint locus/ ⁊ corp⁹. Neqꝫ. n. loc⁹ maior eē pōt/ ꝙ̄ ipm corpus: neqꝫ corpus maius/ ꝙ̄ ipſe locus. Nā aut vacuū aliqd erit/ ⁊ corpus inſuper infinituz non erit. Aut corpus qppiam erit/ quod nuſꝙ̄ aptum eſt eſſe.

Text. Alex. ſimplici⁹, circa ly eiuſdem ſpeciei. ¶ Quare ſi qdē ſit eiuſdē ſpēi: aut imobile erit/ aut ſp mouebit. Et ipoſſe eſt. Quid. n. magis deorſum/ aut ſurſum/ aut alicubi? Dico aūt vt ſi gleba ſit alicubi: ipſa vbi mouebit/ aut vbi manebit? locus. n. īfinitus erit ſibi/ ⁊ cognati ſibi corporis. Utrū igit ꝯtinebit totū locū? ⁊ quō? Que igit, ⁊ vbi manſio/ ⁊ motus ipſius? aut vbiqꝫ manebit? Nō ergo mouebit. An

T.c.49 ſi vbiqꝫ mouebit? Nō ergo ſtabit. ¶ Si aūt diſſile eſt oē: diſſiles ⁊ loci ſunt: ⁊ primuz qdē non vnum corpus ois eſt: ſed aut in tangendo. Poſtea aut finita hec erunt: aut infinita ſpē. Et finita qdem non eſſe pñt. Erunt. n. alia qdem finita: alia vero non. ſi oē infinitū eſt: vt ignis/ aut aqua. Corruptio autem huiuſmodi in ꝯtrarijs eſſet/ (ſicut dictū eſt prius.) Et pp hoc nullus vnū/ ⁊ infinitū igne facit: neqꝫ terrā phyſiologoꝝ/ ſꝫ aut aerē/ aut aq̄/ aut ipſoꝝ mediū: qꝛ locus vniuſcuiuſqꝫ manifeſtus erat/ ⁊ determinatus. Hec aūt terminātur ad duas partes/ ſurſum/ ⁊ deorſum. Si aūt infinita/ ⁊ ſimplicia ſunt/ ⁊ loci infiniti, ⁊ elementa infinita erunt. Si aūt hec ipoſſe eſt/ ⁊ loci finiti ſunt/ totuz finitū eſſe neceſſe ē. Impoſſe. n. eſt non cōparare locū/ ⁊ corpus. Neqꝫ enim loc⁹ ois maior eſt/ ꝙ̄ ꝙ̄tūcūqꝫ ꝯtingit corp⁹ ſimul eſſe. Silr aūt neqꝫ infinitum erit corpus/ neqꝫ corpus maius ꝙ̄ locus. Aut. n. vacuum erit aliqd: aut corpus nuſꝙ̄ aptum natum eſt eſſe.

¶ Ponit rōnē, q̄ talis ē. Si ponat aliqd corp⁹ infīm: aut opꝫ ꝙ totū ſit vni⁹ ſpēi cū ſuis ptib⁹: ſic aq̄ vel aer: aut ꝙ hēat ptes diſſilū ſpēꝝ: vt hō: aut planta. Si hꝫ oēs ptes vnius ſpēi: ſeqt ſꝫ ꝑmiſſa, ꝙ vel ſit totalr imobile, ⁊ nūꝙ̄ moueatur: aut ꝙ ſp moueat: quoꝝ vtrūqꝫ ē ipoſſe: qꝛ p alteꝝ hoꝝ excludit qes: ⁊ p alteꝝ mot⁹ a rebus nālib⁹: ⁊ vtroqꝫ mō tollit rō nāe: cū nā ſit ꝑnm mot⁹, ⁊ qetis. Q āt ſequat, ꝙ ſit vel totalr mobile, vel totalr qetū: pbat ꝯtr p h: ꝙ nō eēt aſſignare rōnē: q̄re aliqd magis ſurſuz aut deorſuz moueat: aut ī ꝙ̄cūqꝫ ptē. Et h̄ manifeſtat p exēplū. Ponamus. n. ꝙ totū illud corp⁹ īfīm ſīle ī ptibus ſit terre: nō erit aſſignare vbi aliq̄ gleba terre moueat: vel vbi qeſcat: qꝛ q̄libet ptē loci īfiniti occupabit aliqd corp⁹ ſibi ꝯnatū. i. eiuſdē ſpēi. Nūqd igit pt dici ꝙ vna gleba moueat ad h̄, ꝙ ꝯtineat. i. ꝙ occupet ſucceſſiue totū locū īfīm: ſicut ſol mouet, vt ſit ī q̄libet pte zodiaci? Et quō poterit h̄ eē: vt vna gleba terre ptrāſeat p oēs ptes īfiniti loci? Nihil āt mouet ad ipoſſe. Si igit ipoſſe ē ꝙ gleba moueat ad occupādū totū locū īfīm: vbi erit qes ei⁹, ⁊ vbi mot⁹ eius? Aut. n. opꝫ ꝙ ſp qeſcat: ⁊ ſic nūꝙ̄ moueat: aut ꝙ ſp moueat: ⁊ ſic nūꝙ̄ qeſcet. Si aūt oet alia ps diuiſiōis. ſ. ꝙ corp⁹ īfīm hēat ptes diſſimiles ſm ſpēꝫ: ſeqt ēt ꝙ diſſilia ſint loca diuerſaruz ptiū. Ali⁹ ē. n. loc⁹ nālis aq̄: ⁊ ali⁹ terre. Sꝫ ex hac pōne ſeqt ꝑ ꝙ corp⁹ toti⁹ īfiniti nō ſit vnū ſimplr: ſꝫ ſꝫ qd. ſ. ſꝫ ꝯtactū: ⁊ ſic nō erit vnū corp⁹ īfīm (vt ponebat.) ¶ Et qꝛ poſſet aliqs ñ reputare h̄ icōueniēs: ſubiūgit aliā rōnē ꝯ h̄: ⁊ dicit ꝙ ſi totū īfīm cōponit ex diſſilib⁹ ptib⁹: neceē ē ꝙ h⁹ ptes diſſiles ſꝫ ſpēꝫ: aut ſint ſpēꝝ finitaꝝ aut īfinitaꝝ ſm numeꝝ. Nō āt pt eē ꝙ ſint finitaꝝ ſpēꝝ: qꝛ oportebit ſi totū ē īfīm: ꝙ q̄dā ſit finita ſꝫ ꝙ̄titatē: ⁊ q̄dā īfīa. Alr. n. ex finitis numero ñ poſſet cōpōi īfīm. Hoc āt ponē: ſeqt ꝙ illa q̄ ſūt īfinita corrūpāt alia pp ꝯrietatē (vt ꝑus dictū ē ī ꝑcedēti rōne.) Et iō ēt null⁹ antiquoꝝ nāliū phoꝝ vnū ꝑnm (qd dixit eē īfīm) poſuit ignē, vel terrā q̄ ſūt extrema: ſꝫ magis aquā, vel aerē, vl' aliqd mediū: qꝛ loca iſtoꝝ erāt manifeſta, ⁊ determinata. ſ. ſurſuz, ⁊ deorſuz. Nō ſic aūt eſt de alijs: ſꝫ terra eſt deorſuz reſpectu coꝝ: ⁊ ignis ſurſuz. Si vō aliqs accipiat aliā ptē. ſ. ꝙ corpa prialia ſint īfinita ſm ſpēm: ſequit ꝙ loca ſint ēt infinita ſm ſpēm: ⁊ ꝙ elemēta ſint infinita. Si aūt h̄ eſt ipoſſe: ꝙ elemēta ſint īfinita (vt in ꝑ pbatū eſt) ⁊ ꝙ loca ēt ſint infinita: cū nō ſit poſſe inuenire infinitas ſpēs locoꝝ, neceſſe ē ꝙ totū corp⁹ ſit finitū. Et qꝛ ꝯcluſerat ex infinitate corpoꝝ, infinitatē locoꝝ: ſubiūgit ꝙ impoſſe eſt: nō cōparare corp⁹ ad locū: qꝛ nō pōt eſſe, ꝙ ſic loc⁹ maior, ꝙ̄ ꝯtingit eſſe corpus: neqꝫ corpus pōt eſſe infinitū: ſi locus nō eſt infinitus: ⁊ neqꝫ corpus pōt eſſe maius ꝙ̄ locus, quocūqꝫ mō: qꝛ ſi locus ſit maior ꝙ̄ corpus: ſequit ꝙ ſit vacuū alicubi: aut ſi corpus ſit maius ꝙ̄ locus, ſequit ꝙ aliqua pars corporis non ſit in aliquo loco. ¶ Tertio ibi.

demõſtratio hec (ait ſimpli.) amphor eſt, ⁊ euidit nulli ſublunare corpus, infinitum eſſe.

T.c.50

¶ Anaxagoras aūt abſurde de infiniti quiete dicit. Firmare. n. infinitū ſeipſum/ dicit. Idqꝫ ex eo fieri: qꝛ eſt in ſeipſo. Nihil. n. aliud ipſum continet. Argr.

¶ Anaxagoras aūt/ incōueniēter dicit de īfiniti manſione: Fulcire. n. ipſum ſeipſum/ dicit infinitū. Hoc autez eſt: qꝛ in ſeipſo eſt. (Aliud n. continet nihil.) T.c.50

¶ Excludit quēdā errorez. Et primo ponit ipſum ⁊ dicit, ꝙ Anax. dixit infinitū qeſcere. Sed inconuenienter aſſignauit rōnē quietis eius. Dixit. n. ꝙ fulcit. i. ſuſtentat infinitū, ſeipſum: qꝛ eſt in ſe/ ⁊ non in alio: ⁊ cum nihil ipſum contineat: ⁊ ſic non poſſit extra ſe moueri. Scdo ibi.

Argu. ¶ Quaſi vbi qppiã ſit/ibi eẽ aptũ ꝯſiſtere. Hoc autẽ vex nõ eſt. Eſſe.n. alicubi ibi qppiã pt. nõ vbi aptũ eſt eſſe. Quãuis igit̃ q̃ȝ maxime totũ nõ moueat̃. id enim qḋ in ſeipſo firmat̃: ⁊ in ſeipſo eſt imobile/neceſſe eſt eſſe. Dicat tñ ipſe opȝ: cur nõ eſt aptũ moueri. Nõ.n. ſat ẽ hoc dixiſſe pacto: ac euaſiſſe. Fieri.n. pt vt nõ moueat̃: ⁊ q̈uis aliud corpus. Sed nihil ꝓhibet aptũ eſſe moueri. Et terra nãqȝ nõ fert̃: nec ſi infinita ẽt eſſet: ex eo tñ q2 medio coercet̃. Nõ.n. q2 nõ eſt aliud/ad qḋ fert̃: in medio ipſo qeſcet: ſed q2 nõ hoc modo eſt apta ferri. Et tñ liceret dicere/ ſeipſaȝ tarrã firmare. Qḋ ſi neqȝ terra ſi ĩfinita eẽt/ hęc eſſet cã: ſed grauitateȝ hẽre: graue aũt ĩ medio/ ſuapte nã qeſcere ſolet. Siſr ⁊ infinitum in ſeipſo quieſcit/ob aliquam aliam, cauſam. Et non ex eo/q2 eſt infinitum/⁊ ſeipſum firmat.

T.c. 51 ¶ Tãq̃ȝ vbi vtiqȝ aliqd ſit: aptũ natũ ſit ibi eẽ. Hoc aũt non vex eſt. Erit.n. aliqd alicubi: ⁊ nõ ibi aptũ natũ eſt eſſe. Si igit̃ q2 maxime non mouet̃ totum: in ſeipſo nãqȝ fulcit̃: ⁊ in ſeipſo eſt/imobile eſſe neceſſe eſt. Sed quare non aptũ natũ ſit moueri/dicẽdũ eſt. Non.n. ſufficiẽs eſt ſic dicentẽ euadere. Erit enim vtiqȝ/⁊ q̈libet aliud non motum: ſed aptum natũ eſſe nihil prohibet: qm̃ ⁊ terra non fert̃: neqȝ ſi infinita eſſet/ferret̃ coercita tñ a medio. Sȝ nõ q2 non eſt aliud ibi mutat̃/manebit in medio: ſed non mouebit̃: q2 nõ apta nata eſt ſic: ſed tñ licebit vtiqȝ dicere: q2 fulcit ſeipſam. Si ergo neqȝ in terra hęc cã eſt cum ſit infinita: ſed q2 grauitatem hȝ: graue autẽ manet in medio: ſilr ⁊ infinitũ manet vtiqȝ in

T.c. 52 ſeipſo/propter quandam aliam cauſam. Sed non q2 infinitum eſt/⁊ fulcit ipſum/⁊ ſeipſum.

¶ Improbat tribus rõnibus, qḋ dictũ eſt: quaꝝ ꝓma eſt, ꝙ Anax: ſic rõnẽ aſſignauit de quiete infiniti: ac ſi vbi aliqd ſit, ibi natũ ſit eẽ: q2 ex hoc ſola rõne dixit infinitũ qeſcere: q2 eſt in ſeipſo. Sed h̃ nõ eſt vex, ꝙ vbi aliqd eſt, ibi ſemꝑ aptũ natũ ſit eſſe: q2 aliqd eſt alicubi ꝑ violẽtiã: ⁊ non nãlr. Quãuis igit̃ h̃ maxime vex ſit ꝙ totũ infinitũ nõ mouet̃, q2 ſuſtentat̃ ⁊ manet in ſeipſo, ⁊ ſic eſt imobile: ſed tñ dicẽdũ erat: q̈re nõ eſt aptũ natũ moueri. Nõ.n. põt aliqs euadere ſic dicẽs, ꝙ nõ mouet̃ ĩfinitũ: q2 eadẽ rõne ⁊ de quocũqȝ alio nihil ꝓhibet ꝙ nõ moueat̃: ſed ſit aptũ natũ moueri: q2 ⁊ ſi terra eſſet infinita: ſicut nõ refert̃ qñ eſt ĩ medio: ita ⁊ tũc nõ ferret̃ q̈ñtũ ad ptẽ q̃ eſſet ĩ medio. Sȝ hoc nõ eẽt, q2 nõ hẽret aliqd aliud vbi ſuſtẽtaret̃, niſi in medio: ſed q2 nõ hȝ aptitudinẽ nãlẽ, vt a medio moueat̃. Si ergo ita eſt terra, ꝙ nõ eſt cauſa, q̈re qeſcat in medio: q2 eſt infinita: ſed q2 grauitatẽ hȝ, ex q̃ nata eſt manere in medio: ſilr de quocũqȝ alio infinito aſſignãda eſt cã, q̈re qeſcat: ⁊ nõ q2 eſt infinitum: vel q2 fulcit ſeipſum. Aliã aũt rõnẽ ponit ibi.

Argu. ¶ Et ſuꝑ pȝ ⁊ q̃̄uis ipſi⁹ ptẽ/eodẽ mõ qeſcere oportere. Nã vt ĩfinitũ ĩ ſeipſo manet/ſeipȝ firmãs: ſic ⁊ oĩs ipſi⁹ ps/quãcũqȝ accepis/ĩ ſeipſa manebit. Loca nãqȝ toti⁹/ac ptis: ſpẽi eẽ eiuſdẽ ꝯſtat. Toti⁹.n. terrę glebęqȝ/idẽ eſt locus/qui eſt inferus/⁊ etiam ignis totius atqȝ ſcintillę qui eſt ſuperus. Quare ſi infiniti ſit locus in ſeipſo eſſe: ⁊ partis idem erit perfecto. Quęlibet ergo in ſeipſa manet.

¶ Similiter autem manifeſtum/ꝙ ⁊ ſi ſit: quęlibet ps indigebit manere. Sicut.n. infinitum in ſeipſo manet ſe fulciens: ſic ⁊ ſi q̈libet ps accipiatur: in ſeipſa manebit. Totius.n. ⁊ partis ſimiles loci ſunt: ſicut terrę/⁊ glebę deorſum: ⁊ oĩs ignis/⁊ ſcintillę ſurſum. Quare ſi infiniti locus qḋ in ſeipſo: ⁊ idem partis: manebit ergo in ſeipſa.

¶ Et dicit ꝙ ſi totũ ĩfinitũ qeſcit, q2 manet in ſeipſo: ſeqt̃, ꝙ quęlibet pars ex neceſſitate quieſcat, ꝑꝑ hoc, ꝙ manet ĩ ſeipſa. Idẽ.n. eſt locus totius ⁊ partis (vt dict̃ ẽ) vt ignis ⁊ ſcintillę ſurſum: ⁊ terrę glebę deorſum. Si ergo totius infiniti loc⁹ eſt ipſum met: ſequet̃ ꝙ q̈libet ps infiniti maneat ĩ ſeipſa, ſicut ĩ ꝓprio loco. ¶ Scḋam rõnẽ ponit ibi.

¶ Omino aũt pȝ fieri nõ poſſe: vt corp⁹ ĩfinitũ in rõne rex ponat̃: ⁊ loc⁹ corporib⁹ tribuat̃. Si corpus oẽ ſenſibile: aut graue ſit: aut leue. Et graue qdẽ ad mediũ ſuapte nã ferat̃: leue v̊o ſilr ſupera loca petat. Et infinitũ.n. hãc eãdẽ nãq̨ ſubeat legẽ/ neceſſe eſt. At fieri neqt: vt aut totũ graue ſit/aut leue: aut dimidiũ leue/dimidiũ graue. Quo nãqȝ mõ diuides illud/aut quo pacto ipſius infiniti/ hęc quideȝ pars ſupra: hęc autem infra: vel vltima/ vel media erit. Argu.

¶ Omino aũt manifeſtũ eſt/ꝙ impoſſibile eſt/ſimul dicere infinitum corpus: ⁊ locum quendam corporibus eſſe: ſi oẽ corpus ſenſibile/aut grauitatẽ hȝ/ aut leuitatẽ. Et ſi graue qdẽ/ĩ mediũ nã hȝ ferri: ſi verõ leue: ſurſum. Neceſſe.n. ⁊ infinitũ corpus. Impoſſe aũt/aut oẽ vtrũlibet/aut medium vtrũqȝ ſuſtinere. Quõ.n. diuides: aut quõ infinitierit/hoc qdem ſurſum: illud aũt deorſum/aut vltimum/aut medium? T.c. 53

¶ Et dicit, ꝙ oĩno manifeſtuȝ eſt, ꝙ impoſſe eſt dicere eſſe infinitũ corpus in actu: ⁊ ꝙ cuiuſlibet corporis eſt aliquis locus: ſi oẽ corpus ſenſibile: aut hȝ grauitatẽ, aut leuitatẽ: ſicut antiqui dixerunt ponẽtes infinitũ: q2 ſi ſit corpus graue, opȝ ꝙ nãliter ferat̃ ad mediũ. Si aũt ſit leue, neceſſe eſt ꝙ feratur ſurſum. Si ğ ſit aliqḋ infinitũ corpus ſenſibile: neceſſe eſt, ꝙ ẽt in corpe infinito ſit ſurſum, ⁊ mediũ. Sed impoſſe eſt ꝙ totũ infinitũ ſuſtineat in ſe vtrũlibet hoꝝ.ſ. ſurſum ⁊ mediũ: vel ꝙ ẽt ſuſtineat vtrũqȝ ſm diuerſas medietates. quõ.n. infinitũ poterit diuidi, vt vna ps eius ſit ſurſuȝ: ⁊ alia deorſuȝ: vel ꝙ in infinito ſit vltimũ ⁊ mediũ. Nõ ẽ igit̃ corp⁹ ſenſibile infiͫ. ¶ Tertiã rõnẽ ponit ibi.

¶ Pręterea oẽ corp⁹ ſẽſibile ẽ ĩ loco. Loci v̊o ſpẽs/ ac dñię ſunt ſupra/⁊ ĩfra: añ/⁊ retro: dextrũ/atqȝ ſiniſtrũ. Atqȝ hęc nõ ſolũ nr̃a ex pte ſũt/põne: ſȝ ĩ ipõ ẽt toto diſticta ſunt/ atqȝ hęc eẽ ĩ ĩfinito nõ pñt. Argu.

¶ Amplius oẽ corpus ſenſibile in loco eſt. Loci aũt ſpecies/⁊ dñię: ſurſum/⁊ deorſum/ ante/⁊ retro: dextrorſuȝ/⁊ ſiniſtrorſum. Et hęc non ſolũ ad nos/ ⁊ poſitione ſunt: ſed in ipſo toto determinata ſunt. Impoſſibile autem in infinito hoc eſſe. T.c. 54

¶ Et dicit ꝙ oẽ corp⁹ ſenſibile eſt ĩ loco. Dñię aũt loci ſunt ſex: ſurſuȝ, deorſuȝ: añ, ⁊ retro, dextrorſuȝ: ⁊ ſiniſtrorſuȝ: q̃ qdẽ ſunt determinata non ſolũ q̃ ad nos: ſȝ ẽt in ipſo toto vniuerſo. Determinant̃.n. ſȝ ſe h⁹ poſitiones, in qb⁹ ſunt determinata ꝓñª, ⁊ termini mot⁹: vñ ĩ aĩatis determinant̃ ſurſuȝ, ⁊ deorſuȝ, ſȝ motũ aliment̃i, ante, ⁊ retro ſm motuȝ ſenſus: alex. aduerſus ꝯ nobiũ ẽpĩ curcum.

exiſtimat hos differētias non eē quo ad nos, ni pns i vniuer ſo ſʒ nām fuiſſent.

ſus: dextrorſuʒ ⁊ ſiniſtrorſum ſm motū pceſſiuū: cui⁹ pn^m eſt a pte dextra. In reb⁹ aūt inanimatis, i qb⁹ nō ſunt pn^a determinata hoꝝ motuū, dr̄ dextrorſum, ⁊ ſiniſtrorſum p cōparationē ad nos. Dr̄.n. colūna dextra q̄ eſt ad dextram hoīs: ⁊ ſiniſtra q̄ eſt ad ſiniſtrā. Sʒ in toto vniuerſo deter/ minat̄, ſurſuʒ, ⁊ deorſum ſm motū grauiū, ⁊ leuiū: ſm aūt motū cęli determinat dextrū oriēs: ſiniſtrū occidēs: añ vo hemiſperiū ſuperius: retro vero hemiſperiū inferius: ſur ſum vo meridies, deorſum vo ſeptētrio. Hęc aūt non pñt determinari in corpore infinito. Impoſſibile eſt ergo totū vniuerſum eſſe infinitum. ❡ Quartam rōnem ponit ibi.

Argu. ❡ Atqȝ ſimplr̄ ſi loc⁹ īfinit⁹ eē nō poſſit / ſitqȝ oē cor pus in loco: ⁊ i rōne pfecto reꝝ / īfinitū corp⁹ eē nō pt. Ai vo qd̄ alicubi ē: i loco ē: ⁊ qd̄ i loco ē / alicubi eſt. Ut igit̄ infinitū / q̄ntitatis rōnē ſubire nō pōt (nā q̄ntū fuerit qd̄dā: vt bicubitū aut tricubitū / hęc.n.ſi/ gnificat / ipſum q̄ntū) ſic / ⁊ qd̄ eſt in loco id alicubi ſane ē. At id / aut ſupra / aut ifra / aut in aliā alia ſex dr̄iaꝝ eē ſignāt: q̄ruʒ vnaqq̄ȝ finis ē qdā / vt conſtat.

T.c. 55 ❡ Simplr̄ aūt ſi ipoſſe eſt locū eē infinitū: in loco aūt oē corpus eſt / ipoſſe eſt infinitū eſſe aliqd̄ corp⁹. At vo qd̄ alicubi eſt / ⁊ in loco eſt / ⁊ qd̄ in loco ē alicubi eſt. Si igit̄ neqȝ q̄ntitatē poſſe eſt infinitā eſſe (q̄ntuʒ enim aliqd erit / vt bicubitū / aut tricubitū / hęc.n. ſi/ gnant q̄ntū) ſic i loco / qr̄ alicubi / hoc eſt aūt / aut ſur/ ſum / aut deorſum / aut in aliqua alia diſtantia: quę ſunt ſex. Hoꝝ aūt vnumquodqȝ terminus aliqs eſt.

❡ Et dicit q̄ ſi ipoſſe eſt eſſe locū infinitū, cū oē corpus ſit i loco: ſequit̄ q̄ impoſſe ſit eſſe aliqd̄ corpus infinitū. Sʒ q̄ ipoſſe ſit eſſe locū infinitū, ſic pbat: qr̄ hęc duo puertunt̄ eē in loco: ⁊ eſſe in aliquo loco: ſicut ⁊ eſſe hoīeʒ: ⁊ eſſe aliquē hoīem: ⁊ eſſe q̄ntitatē: ⁊ eſſe aliq̄ȝ q̄ntitatē. Sicut igit̄ ipoſſe eſt eſſe q̄ntitatē infinitā: qr̄ ſequeret̄ aliq̄ȝ q̄ntitatē eſſe infi/ nitā: vt bicubitū, ⁊ tricubitū: qd̄ eſt impoſſe: ita impoſſe eſt eſſe locū infinitū: qr̄ ſequeret̄ aliquem locū infinitum eſſe, vel ſurſum, vel deorſum, ⁊ hӯ: qd̄ eſt impoſſibile: cum qdli bet eoꝝ ſignificet quēdā terminum: vt dictū eſt. Sic ergo nullum corpus ſenſibile eſt infinitum. Lec. x.

Argu. ❡ Pʒ igit̄ ex hiſce q̄ dixim⁹ infinitū corpus in rōne reꝝ / actu non eſſe. Atq̄ ↄſtat ipoſſibiliū euenire cō/ plura / ſi nō ſit ſimplr̄ infinitū. Tpis.n. erit aliqd̄ pn cipiū / atqȝ finis. Et magnitudines / nō erūt in ma/ gnitudines diuiſibiles. Numerus ēt infinitus non erit. Cū igit̄ his hoc pacto determinatis neutra ps aſſerenda eſſe videatur: arbitro profecto / modera/ toreqȝ eſt opus. Atqȝ patet partim non eſſe.

T.c. 56 Quod qdē igit̄ actu corp⁹ nō ſit infinitū / manifeſtū ex his. Qd̄ aūt ſi nō ſit īfinitū / multa ipoſſibilia accidāt / manifeſtū eſt. Tpis.n. erit qd̄dā principiū ⁊ finis. Et magnitudines / nō diuiſibiles in magnitudines. Et numerus / non erit infinitus. Cum autē determina tur ſic: neutro mō vr̄ contingere. Ob hoc videlicet eſt manifeſtum / q̄ ſic quidem eſt: ſic autem non.

T.c. 62 Poſtq̄ Phs diſputatiue pceſſit de īfinito: hic icipit determinare vitatē. Et p̄ oñdit an ſit īfinitū. Scdo qd ſit ibi. [Accidit aūt ↄtiū.] Pria diuidit̄ i duas. In p^a oñdit quo inf^m ſit. In ſcda cōparat infinita adinuicē: ibi [Aliter autem in tempore.] Circa primum tria fa cit. Primo oſtendit q̄ infinitum quodammodo eſt ⁊ quo/ dāmodo non eſt. Scdo determinat q̄ eſt in potentia: ⁊ nō eſt ſicut actu ens. ibi. [Dr̄ quidē igit̄.] Tertio manifeſtat q̄uo ſit in potētia ibi. [Nō opʒ aūt potētia ens.] Dicit ḡ p q̄ ex pmiſſis manifeſtū eſt, q̄ nō ſit aliqd̄ corpus infinitū in actu. Itē ex iȷ̄s quę ante dicta ſunt, manifeſtū eſt, q̄ ſi infi nitū ſimplr̄ non ſit: q̄ multa impoſſibilia accidunt. Quoꝝ vnū eſt, q̄ tēpus habebit principiū, ⁊ finē: qd̄ reputat̄ incō/ ueniēs ſʒ ponētes ęternitatē mūdi. Et iteꝝ ſequet̄, q̄ ma/ gnitudo non ſemp ſit diuiſibilis in magnitudines: ſʒ q̄nqȝ deueniat̄ p diuiſionē magnitudinū ad q̄dā quę nō ſunt ma gnitudines. Sʒ oīs magnitudo eſt diuiſibilis. Itē ſequet̄, q̄ numerus nō augeat̄ in infinitū. Qr̄ igitur ſm determi/ nata, neutrū vi contingere: neqȝ.ſ. q̄ infinituʒ ſit actu, neqȝ q̄ ſimpliciter non ſit: neceſſe eſt dicere, q̄ quodam modo eſt, quodam modo non eſt. ❡ Secundo ibi. 3^a parte t.c. 57. 2^a parte tex. 56. 2^a parte tex. 57.

Argu. ❡ Dr̄ itaqȝ q̄ppiā eē: aliud aūt potētia / aliud actu / ⁊ īfinitū ē additiōe / ac ēt diuiſiōe. Magnitudo aūt actu qdē īfinita nō ē: vti dixim⁹. Diuiſiōe aūt ē. Nō eſt.n. difficile lineas īdiuiduas e medio tollere. Re/ ſtat igitur infinitum in rōne rerum potentia eſſe.

❡ Dr̄ igit̄ eſſe / aliud qdē potētia: aliud vo actu. Et infinitū eſt quidē appōne / eſt aūt ⁊ ablatione. Ma gnitudo aūt / qd̄ quidē actu non ſit infinita: dictū ē. Diuiſione aūt eſt. Nō.n. difficile deſtruere indiuiſi/ biles lineas. ❡ Relinquit̄ igit̄ potētia eſſe infinitū. T.c. 57

❡ Oñdit q̄ infinitū eſt ſicut potentia ens: ⁊ dicit q̄ aliquid dr̄ eſſe in actu: ⁊ aliquid dr̄ eſſe in potentia. Infinitū autē dr̄ eſſe per appōnem: ſicut in numeris: vel per ablationem, ſicut in magnitudinibus. Oſtenſuʒ eſt.n. q̄ magnitudo nō eſt actu infinita: ⁊ ſic in magnitudinibus per appōnem infi nitū non inuenit̄. Sed p diuiſionē in eis inuenit̄ infinitū. Non.n. eſt difficile deſtruere opinionē ponentiū indiuiſi/ biles eſſe lineas. Uel ſm aliā literā. Non eſt difficile parti ri atomos lineas. i. oſtendere lineas quas quidē ponunt indiuiſibiles eſſe partibiles. Dr̄ autem infinitum in appo/ ſitione vel diuiſione ſʒ q̄ pōt apponi, vel diuidi. Relinqt̄ igit̄, q̄ infinitum ſit tanquā in potētia ens. ❡ Tertio ibi.

Argu. ❡ Nō opʒ aūt īfinitū potētia ſic accipe / vt actu tādē euadat: quēadmodū ſi pōt hͦ / ſtatua eē / erit hͦ ſtatua tādē. Sed cū multiplr̄ q̄ppiā eſſe dicat̄ / perinde eſt infinitū / vt dies eſt / atqȝ lud⁹: ex eo qr̄ ſit aliud / atqȝ aliud ſemp. Nā in his ē eſſe potētia / atqȝ actu. Eſt enim olympicus ludus: ⁊ qr̄ fieri pōt / ⁊ qr̄ ſit. ὁ ἀγὼν ἐστιν certamen, lu dus, ⁊ dr̄ ἀπὸ τοῦ ἀγωνίζω, qd̄ eſt certo. ὀλύμπια

❡ Non opʒ aūt potentia ens accipere: ſicut ſi poſſi/ bile ſit hoc / ſtatuā eē eſſe / qd̄ ⁊ erit hoc / ſtatua: ſic ⁊ infinitum: qd̄ erit actu. Sed quoniam multipliciter eſt / .ſ. / quēadmodū dies ⁊ agon / in ſemper aliud / ⁊ aliud fieri / ſic ⁊ infinitum eſt. Et nāqȝ in his eſt / ⁊ potentia / ⁊ actu. Olympia enim ſunt / ⁊ in poſſe agonem fieri / ⁊ in eo quod ſit.

❡ Oñdit quo inf^m ſit in potētia. Duplr̄.n. inuenit̄ aliquid in potētia. Uno mō ſic, q̄ totū pōt reduci i actū: ſicut poſſi bile ē hoc eē eſſe ſtatuā, qd̄ aliqñ erit ſtatua. Nō aūt ſic dr̄ eſſe infinitū in potētia. Alio mō aliqd dr̄ in potētia eē, qd̄ poſtea ſit actu ens: nō qdē totū ſimul: ſʒ ſucceſſiue. Multi/ pliciter.n. dr̄ aliqd eē: vel qr̄ totū ē ſil: vt hō, ⁊ dom⁹: vel qr̄ ſemp vna ps eius ſit poſt aliā: pquē modū dr̄ eē dies, ⁊ lu/ dus agonalis. Et hoc mō dr̄ infinitū eē ſimul, ⁊ in poten/ tia, ⁊ in actu. Oīa.n. hӯ ſimul ſunt in po^a: quātū ad vnā ptē

⁊ actu q̄ſtū ad aliā. Olympia.n.i.feſta agonalia, q̄ celebrabanṫ in mōte olympo dīr eē, ⁊ durare ſ3 agones: vel poſſe fieri in actu: q2 q̄ſdiu durabāt iſta feſta: aliq̄ ps illoꝝ ludorū erat i fieri: ⁊ aliq̄ erat, vt i futuꝝ fiēda. ¶ Deinde cū dicit.

Argꝝ. ¶ Pꝫ aūt infinitū in tēpore diuerſo modo/ ⁊ in hominibus: ⁊ in diuiſione magnitudinum eſſe.

¶ Alr aūt/ ⁊ in tempore manifeſtum quod infinitū/ ⁊ in hominibus/ ⁊ in diuiſione magnitudinum.

¶ Cōparat diuerſa infinita adinuicē. Et p̄ cōparat infiᵐ temporis, ⁊ gn̄ationis infinito, qd̄ ē i magnitudinibꝰ. Scd̄o cōparat infiᵐ ſ3 appōnē, ⁊ ifiᵐ ſ3 diuiſionē i magnitudinibꝰ,

T.c.59 ibi[Q. aūt ſm appōnē.] Circa p̄ᵐ tria facit. Prio ꝓponit qd̄ intēdit: ⁊ dicit, ꝙ alr̄ manifeſtaṫ infiᵐ i gn̄atione hoīuꝫ ⁊ in tēpore: ⁊ alr̄ in diuiſione magnitudinuꝫ. ¶ Scd̄o ibi.

Argꝝ. ¶ Oino nāqꝫ/ h̄ mō ē infinitū vt ſemp aliud/ aliudqꝫ ſumaṫ/ ⁊ id qd̄ accipiṫ ſit qdē finitū: At aliud atqꝫ aliud ſp. Quare nō opꝫ ifinitū pinde accipere: atqꝫ hoc aliquid/ vt hoiem/ aut domū. Sed vt dies dr̄/ atqꝫ ludus: quoꝝ eſſe/ non vt ſub̄a quędaꝫ eſt/ ortū: ſed in generatione ſemper corruptioneqꝫ ꝯſiſtit/ finitum quidem/ at aliud/ atqꝫ aliud ſemper.

T.c.58 ¶ Oino qdē.n.ſic eſt infinitū/ in ſemp aliud/ ⁊ aliud accipiēdo: ⁊ acceptū qdem ſemper eſſe finituꝫ: Sꝫ ſemp alteꝝ/ ⁊ alieꝝ. Quare infinitū/ nō opꝫ accipe ſicut hoc aliqd: vt hoiem/ aut domuꝫ: ſed ſicut dies dr̄/ ⁊ agon: quibus eſſe/ non ſicut ſubſtantia quędaꝫ factum eſt: ſed ſemper in generatione/ aut corruptione finitum: ſed ſemper alterum/ ⁊ alterum.

In ipſo ſtatim ꝑncipio text. deficit aliqd qd̄ in ſimpl. ſtat hꝫ.

¶ Oñdit qd ſit cōe oibus infinitis: ⁊ dicit: qd̄ h̄ oino, ⁊ vl'r in oibꝰ infinitis inueniṫ: ꝙ infiᵐ eſt in ſemp aliud, ⁊ aliud accipiēdo, ſ3 q̄ſdā ſucceſſionē: ita tn̄, ꝙ qcqd accipiṫ i actu de infinito, totū ſit finitū. Un̄ nō opꝫ accipere, ꝙ infinitum ſit aliqd totū ſimul exiſtēs: ſicut h̄ aliqd demōſtratuꝫ: ſicut accipimus hoieꝫ, vel domū: ſ3 ſicut ſunt ſucceſſiua: vt dies, ⁊ ludus agonalis: quoꝝ eſſe, nō eſt hoc mō, ꝙ aliqd eorum ſit ſicut q̄dā ſub̄a pfecta tota actu exiſtēs. In gn̄atiōe aūt, ⁊ corruptione, etſi in infiᵐ procedaṫ, ſemp illud qd̄ accipitur in actu, eſt finitū. In toto.n. decurſu gn̄ationis, etiaꝫ ſi ꝓcedaṫ in infinituꝫ: ⁊ oēs hoies qui ſimul accipiunṫ ſunt finiti ſm numeꝝ: ⁊ hꝰ finitū opꝫ accipere alteꝝ, ⁊ alteꝝ: ſꝫ ꝙ quidam homines ſuccedunt quibuſdam. Tertio ibi.

Argꝝ. ¶ Uerum in imaginibus quidem/ hoc accidit/ permanente eo/ qd̄ ſumptum. In hominibus autem/ atqꝫ tempore accidentibus/ ita vt non deficiant.

¶ Sed in magnitudinibus quidem permanente accepto/ hoc accidit: in hominibus autem/ ⁊ tempore corruptis/ ſic vt non ſit deficere.

¶ Oñdit dr̄ia, ⁊ dicit, ꝙ illud finitū qd̄ accipimꝰ in magnitudinibus, vel apponēdo, vel diuidendo permanet, ⁊ non corrūpiṫ. Sꝫ illa finita q̄ accipiunṫ i infinito, decurſu tpis ⁊ gn̄ationis humanę corrūpunṫ: ita ꝙ, p iſtū modū nō ꝯtingit tēpus, ⁊ generationem deficere. Deinde cum dicit.

Argꝝ. ¶ Atq/ infinitū qd̄ in additione, ⁊ qd̄ in diuiſiōe ꝯſiſtit: idē quodāmō ē. Fit.n. in magnitudine finita, p additionē e ꝯtra. Nā vt cū diuidiṫ/ cerniṫ i infinitū abitio: ſic cū additio fit/ ad magnitudinē ipſaꝫ determinatā videbiṫ. Etenim ſi qſpiā in magnitudine finita/ ō finita magnitudine ſūpta/ eadē aliā accipiat rōne/ nō eādē totiꝰ magnitudinē ſumēs: nō ptrāſibit vnqꝫ magnitudinē illā finitā. Sin ṽo hoc pacto rōnē augeat: vt ſemp magnitudinē eādem accipiat/ ptrāſibit ſane/ ꝓpterea qd̄/ oē finitū/ quouis conſumiṫ definito. Alio igiṫ mō nō eſt infinitū in rebus/ ſꝫ h̄ pacto potētia inqꝫ/ atqꝫ diuiſione. Et actu etiā eſt/ pinde atqꝫ diē/ ac ludū/ dicimꝰ eē. Et potētia ſic eſt/ vt materies: ⁊ nō p ſe/ vt ipſum finitū. Et additione igiṫ/ h̄ pacto ē potētia/ infinitū: qd̄ qdē aliquo mō dicimꝰ idem eſſe/ quo id qd̄ in diuiſione ꝯſiſtit. Semper.n.eſt aliquid ipſius extra ſumendum.

T.c.59 ¶ Qd̄ aūt ſꝫ appōnē idē quodāmō ē/ ⁊ qd̄ ē ſꝫ diuiſionē. Infinitū.n.ſꝫ appōnē fit e ꝯtrario: ſꝫ ꝙ.n. diuiſū vī in infinitū: ſic appoſitū/ videbiṫ ad determinatū. Infinita.n.magnitudine/ ſic accipiens aliqs determinatū accipiet eadē rōne/ nō eādē aliqꝫ magnitudinē rōne accipiēs/ non tranſibit finitū. Si ergo ſic augmēret/ vt ſemp eandē aliqꝫ ſit accipere magnitudinē/ tranſibit finitū/ pp id qd̄ oē finituꝫ/ remouetur quolibet finito. Alr̄ qdem igiṫ non eſt/ ſic aūt eſt infinitū/ potētia/ ⁊ diuiſione. Et actu aūt eſt/ ſicut diē eē dicimꝰ/ ⁊ agonē/ ⁊ potētia ſic/ ſicut māꝫ: ⁊ nō p ſe/ ſicut finitū. Et ſm appōnē igiṫ ſic ifinitū potētia ē/ qd̄ idē dicimꝰ q̄dāmō eē/ ei qd̄ ē ſꝫ diuiſionē. Sēper qdem.n.aliqd ipſius extra eſt accipere. T.c.60

¶ Cōparat duo ifinita q̄ ſunt i magnitudinibꝰ. ſ. ſꝫ appōnē, ⁊ ſꝫ diuiſionē. Et circa h̄ tria facit. Prio ponit ꝯuenientiaꝫ iter vtrūqꝫ ifiᵐ. 2ᵒ oñdit dr̄ia ibi.[Nō tn̄ excedit.] 3ᵒ infert q̄ſdā ꝯnē ex dictis ibi.[Quare neqꝫ ē excellere.] Dic̄ h̄ p̄: ꝙ q̄dāmō infiᵐ p appōnē ē idē, cū ifinito ſꝫ diuiſionē: q2 infiᵐ ſm appōnē, fit ex oppoſito cū ifinito ſꝫ diuiſionē. Scd̄ꝫ.n. ꝙ aliqd diuidiṫ in infiᵐ: ſm h̄ in infiᵐ vī poſſe apponi, ad aliqꝫ determinatā q̄ſtitatē. Manifeſtat igiṫ q̄ō ſit in infiᵐ diuiſio in magnitudine: ⁊ dicit, ꝙ ſi aliqs i aliq̄ magnitudine finita, accepta aliq̄ pte determinata p diuiſionē: ſp accipiat diuidēdo alias ptes: ſꝫ eadē rōnē. i. ꝓportionē: ſꝫ nō ſꝫ eādē q̄ſtitatē, i eadē ꝓportiōe: nō ptrāſibit diuidēdo illud infiᵐ: puta ſi a linea cubitali accipiat medietatē: ⁊ iteꝝ a reſiduo medietatē: ⁊ ſic i infiᵐ ꝓcedere pt. Seruabiṫ.n. in ſubtrahēdo eadē ꝓportio: ſꝫ nō eadem q̄ſtitas ſubtracti. Minꝰ ē.n.ſꝫ q̄ſtitatē dimidiū dimidij: q̄ꝫ dimidiū totiꝰ. Sꝫ ſi ſemp ſumeret eādē q̄ſtitatē: oporteret, ꝙ ſp magis, ac magis augereṫ proportio: puta ſi a q̄ſtitate. x. cubitoꝝ ſubtrahaṫ vnꝰ cubitꝰ: ſubtractū ſe hꝫ ad totuꝫ in ſubdecupla portiōe. Si aūt iteꝝ a reſiduo ſubtrahaṫ vnus cubitꝰ, ſubtractū ſe hēbit i maiori ꝓportiōe. Minꝰ.n.vnꝰ cubitꝰ excediṫ, a. ix. q̄ꝫ, a. x. Sicut igiṫ ſeruādo eādē ꝓportionē diminuiṫ q̄ſtitas: ita ſumēdo eādē q̄ſtitatē augeṫ ꝓportio. Si g̊ aliqs ſubtrahēdo ab aliq̄ magnitudine finita, ſemp augeat ꝓportionē ſumēdo eādē q̄ſtitatē, trāſibit magnitudinē finitā diuidēdo. puta ſi a linea cētū cubitoꝝ, ſp ſubtrahat vnū cubitū. Et h̄ iō q2 oē finiᵐ ꝯſumiṫ, q̄cūqꝫ finito ſemp accepto. Alr̄ igiṫ infiᵐ nō eſt ſm diuiſionē niſi i poᵃ: qd̄ tn̄ ſimul eſt actu cū poᵃ: ſicut dictū eſt de die, ⁊ de agone. Et cū infiᵐ ſit ſemp in poᵃ aſſimilaṫ māę q̄ eſt ſemper in poᵃ: ⁊ nō eſt p ſe exiſtens in actu totū: ſicut finitū eſt in actu, ⁊ ſic infinitū ſm diuiſionē eſt in poᵃ cū actu ſimul. Silr̄ dōm eſt de infinito ſm appōnē: qd̄ quodāmō eſt ideꝫ cū infinito ſm diuiſionē: vt dictū eſt. Inde aūt manifeſtum eſt, ꝙ it finitū per appōneꝫ eſt in potentia: q2 ſemp ꝯtingit aliquid aliud accipere apponendo. Secundo ibi.

2ᵃ parte tex. 60. in 3ᵃ pte

Infinitum aſſimilatur māę.

Argꝝ. ¶ Hoc tn̄ definitū oēꝫ exupat magnitudinem/ vt in diuiſione

diuiſiõe definitã exuparit nõ e: ꝛ ſemp minoꝛ euadit.

¶ Nõ tñ excellit oẽm determinatã magnitudinẽ: ſicut i diuiſiõe excellit oẽ determinatũ: ꝛ erit minus.

¶ Oñdit dñiã inter infiᵐ ſꝫ appõnẽ, ꝛ infiᵐ ſm diuiſionẽ: ꝛ dicit, ꝙ infiᵐ p appõnẽ nõ excedit in maius, oẽm magnitudinẽ finitã datã: ſed infiᵐ ſm diuiſionẽ, excedit oẽm determinatã q̃titatẽ in minus. Accipiamus.n. aliquã determinatã paruitatẽ, puta vnius digiti ſi lineã certũ cubitoꝝ diuidã in infiᵐ accipiẽdo ſemp dimidiũ: veniet ad aliqd minus digito vno. Sꝫ apponẽdo in infiᵐ e cõtrario diuiſioni: erit dare aliq̃ q̃titatẽ finitã: q̃ nũq̃ ptrãſibit. Dent.n. duę magnitudines: quaꝝ vtraq; ſit.x. cubitoꝝ: ꝛ tertia q̃ ſit.xx. Si igit id qđ ſubtrahi in infinitũ accipiẽdo ſemper dimidiũ ab vna magnitudine.x. cubitoꝝ: addatur alteri: q̃ ẽt eſt.x. cubitoꝝ: nunquã perueniet ur in infinitum apponendo ad menſuram quantitatis quę eſt.xx. cubitorum qꝛ quantum remanebit in magnitudine cui ſubtrahitur: tantũ deficiet a menſura data in quantitate, cui addetur. Tertio ibi.

Argu. ¶ Ut aũt oẽm additionẽ exuperet: neq; potẽtia eſſe põt: ſiqdẽ non ſit p acc̃ns actu infinitũ: vt nãles/id corpꝰ infinitũ eẽ dicũt/qđ extra mũdũ collocauere: cuius ſubã aer eſt: aut aliqd tale. Sꝫ ſi infinitũ actu ſenſibile corpus / hoc pacto in ratione reꝝ eſſe non põt: pꝫ neq; p additionẽ poſſe/ſic eſſe potentia infinitũ: niſi (vt dictum eſt) diuiſionis contrario mõ.

¶ Videť aũt vacuũ/ locus eſſe: in quo nihil eſt. Huius autẽ cauſa eſt: qꝛ dẽ quod eſt: corpus opinantur/ eſſe. dẽ autẽ corpus in loco eſt: vacuum autẽ/ in quo/ nullũ corpus eſt. Quare ſicubi non eſt corpus: nihil eſt ibi. Corpus aũt iterum dẽ/ opinanť eſſe tãgibile: huiõi aũt eſt/ qð habet grauitatẽ/ aut leuitatem. Accidit igiť ex ſyllogiſmo/ hoc eſſe vacuũ/ in quo nulluʒ eſt graue/ aut leue. Hęc quidẽ igitur ex ſyllogiſmo (ſicut prius diximus) accidunt.

¶ Oſtendit, qd ſignificet nomẽ, vacui. Et ꝓmo ponit ſignificationẽ cõmuniorẽ. Scðo ſignationem ſm vſum Platoni
T.59. coꝝ. ibi [Alio aũt mõ.] Circa ꝓmũ tria facit, Primo oſtẽdit, qd ſignificet hoc nomẽ, vacuum. Scðo qd opʒ addere
T.58. ad iſtam ſignationẽ. ibi [Sed incõueniens eſt.] Tertio re
2ª parte mouet quãdã dubitationẽ. ibi [Unde ⁊ ſic ⁊c.] Dicit ğ, ꝙ ſm opinionẽ hoĩum, vꝛ, vacuũ nihil aliud ſignificare, q̃ʒ locuʒ in quo nihil ſit. Et huius cã eſt, qꝛ ꝓprie vacuũ dꝛ eſſe, in quo nõ eſt aliqð corpus: qꝛ ſoli corpori cõuenit ꝙ ſit in loco: ⁊ vacuũ nihil aliud põt ſignificare: q̃ʒ locũ abſq; locato. Sed qꝛ hoĩes opinanť, ꝙ omne ens ſit corpus: ſeqtur ſm eoꝝ opinionem, ꝙ vbi nõ eſt corpus: nihil ſit: Et vlterius opinanť, ꝙ dẽ corpus ſit tãgibile. i. habens tãgibiles qualitates: ⁊ huiꝰ corpus eſt, qð eſt graue vel leue. (nondũ eni erat notũ, ꝙ corpus cęleſte eſſet pręter nãm q̃tuoꝛ elementoꝝ.) Unde cũ ꝓprie de rõne vacui ſit, ꝙ ſit locus in q̃ nõ eſt aliqð corpus: ſequiť ꝙ vacuũ ſit in quo, nõ eſt corpꝰ graue vel leue. Non qdẽ ꝙ hoc ſit de rõne vacui ſm primã impoſitionẽ noĩs: ſed ſm quandã ſyllogiſticã deductionẽ: ex cõi opinione hoĩum opinantium dẽ corpus eſſe, graue, vel leue: ſicut etiã ſm opinionẽ cõem hoĩuʒ exiſtimantiũ, dẽ ens eſſe corpus: ſeqtur vacuũ eſſe, in quo nihil eſt. Sic igiť tribus modis põt accipi, huiꝰ noĩs ſignificatio. Una eſt ꝓpria. ſ. vacuũ, eſt hoc in quo nõ eſt corpus: alię duę ſm opinionem hoĩum: quarũ vna eſt cõioꝛ. ſ. vacuum eſt locus in quo nihil eſt: alia vero eſt magis coartata. ſ. vacuũ eſt locus in quo nõ eſt corpus, graue vel leue. ¶ Secundo ibi.

¶ Abſurdum autẽ eſt/ ſi punctus ſit vacuũ. Sit eni id locus opʒ/ in quo corporis eſt tangibilis moles. Attamen vacuũ vno quidẽ modo videtur id dici/ qð nõ eſt plenũ corporis ſenſibilis tactu. Senſibile vero eſt tactu: qð grauitatem habet/ vel leuitatẽ. Argy.

¶ Sed incõueniens eſt: ſi punctũ vacuũ ſit. Opʒ. n. locũ eſſe/ in quo loco/ corpis ſit ſpatium tangibilis. Sic igiť videtur dici vacuũ/ vno qdẽ modo/ nõ plenum ſenſibili corpore ſm tactũ. Senſibile autẽ ſm tactum/ eſt grauitatem habens/ aut leuitatem. T.c.58

¶ Oſtendit qd addendũ ſit ad hanc diffõnem. Dicit. n. ꝙ inconueniens eſt, ſi dicatur ꝙ punctum ſit vacuũ: cum tñ de pũcto dici poſſit, ꝙ in puncto nõ ſit corpus tãgibile. Opʒ ergo addere ꝙ vacuũ ſit locus in quo nõ ſit corpus tãgibile: ſed ſit tibi ſpatiũ ſuſceptiuũ corporis tangibilis. Sicut cęcũ dꝛ, qð caret viſu: natũ aũt habere. Et ſic concludiť ꝙ vno modo dꝛ vacuum ſpatiũ, qð non eſt plenũ corpe ſenſibili ſm tactum: qð. ſ. eſt graue vel leue. ¶ Tertio ibi.

¶ Idcirco ⁊ quiſpiam dubitauerit: quiduam dicẽt: ſi ſpatium colorem habeat/ aut ſonum. vacuum ne: an non vacuum eſſe? At (vt patet) vacuum eſſe dicent: ſi corpus tangibile ſuſcipere poſſit: vacuũ non eſſe: ſi illud ſuſcipere nequeat. Argy.

¶ Unde ſi dubitabit aliquis/ quid vtiq; dicat/ ſi habeat hoc ſpatiũ/ colorẽ/ aut ſonũ: vtrum vacuuʒ/ an nõ? Aut manifeſtũ eſt/ ſi corpus qdẽ ſuſcipiat tangibile vacuum eſſe: ſi vero non/ minime?

¶ Remouet quãdam dubitationẽ Quę eſt: vtrum ſi in aliquo ſpatio, ſit color, vel ſonus, dicendũ ſit vacuũ, vel non: ⁊ hoc propter diffõnem primo datã. ſ. vacuũ eſt in quo eſt nihil. Et ſoluit, ꝙ ſi ſpatiũ in quo eſt tñ ſonus, vel coloꝛ, eſt ſuſceptiuũ corporis tangibilis: vacuũ eſt. Si vͦo non: vacuũ nõ eſt. Et hoc ideo, qꝛ hęc nõ eſt ꝓpria diffinitio vacui. Vacuum eſt in quo nihil eſt: niſi ſm opinionẽ credentium vbi nõ eſt corpus: nihil eſſe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alio vͦo modo id in quo nõ eſt hoc aliquid: neq; ſubſtãtia corporea vlla. Quapropter qdã/ ⁊ vacuũ eſſe corporuʒ materiam/ dicunt: qui qdem ⁊ locum hoc idem aſſerunt eſſe. nõ recte dicentes (vt patet.) Materia nãq;/ ſeparabilis nõ eſt a corporibꝰ. Vacuum autem/ vt ſeparabile quęrunt. Argy.

¶ Alio aũt mõ in quo nõ eſt hoc aliqd: neq; ſubſtãtia aliqua corporea. Unde quidaʒ dicunt/ vacuum eſſe corporis mãʒ: qui qdẽ ⁊ locũ/ hoc idẽ dicẽtes; T.c.59

non bene. Materia enim ſeparabilis non eſt/a rebus. Uacuum autem/querunt ſicut ſeparabile.

¶ Ponit aliā ſignificationē vacui ſm vſum Platonicoꝝ. ꝛ dicit ꝙ alio mō dr̄ eſſe vacuū, in quo nō eſt hoc aliqd: neqꝫ aliqua ſubā corporea: ſit aūt h̄ aliqd per formā. Uñ aliq̄ dicunt māꝫ corporia, ſm ꝙ eſt abſqꝫ forma, eē vacuū: q̄ ét māꝫ dicūt eſſe locum (vt ſupra dictū eſt.) Sed nō bene dicunt: q2 mā non eſt ſeparabilis a rebus, quarū eſt materia: ſed homines querunt locū, ꝛ vacuum tanqꝫ aliquid ſeparabile a corporibus locatis. ¶ Deinde cum dicit.

Argu. ¶ Quoniā autem de loco eſt pertractatum: ꝛ vacuū neceſſe eſt locū eſſe: ſi corpe careat: dictūqꝫ eſt/quō eſt/ ꝛ quō nō eſt loc⁹ in rebus: pꝫ hoc pacto vacuū/ aut ſeparatū: aut inſeparabile/in rōne reꝝ nō eſſe. vacuū enim nō corpus/ſed corporis ſpatiū eſſe volunt. Quapropter/ ꝛ vacuū vr̄ qd eſſe: q2 ꝛ locus.

T.c.60 ¶ Qm̄ aūt de loco determinatū eſt/ ꝛ vacuum/locū neceſſe eſt eſſe/ſi eſt/priuatū corpe. Locus aūt/quō eſt/ ꝛ quō nō eſt/dictū eſt: manifeſtū eſt/qm̄ ſic qdē vacuū non eſt: neqꝫ ſeparatū: neqꝫ inſeparabile. vacuum enim non corpus: ſed corpis ſpatium volunt

T.c.61 eſſe. ¶ Unde ꝛ vacuū videt̄ aliqd eſſe: q2 ꝛ locus.

¶ Oñdit quō aliq̄ ponebāt vacuū eſſe. Et p̊ qd dicebant eē

infra vacuū. 2° pp qd vacuū ponebant. ibi [Et pp h̄ acceptū.] Dicit ḡ p̊: ꝙ q2 vacuū eſt locus priuatus corpe: ꝛ determinatū eſt de loco quō ſit: ꝛ quō nō ſit. dctū eſt n. ꝙ loc⁹ nō eſt aliqō ſpatiū: ſed termin⁹ ꝯtinēt: iō manifeſtū eſt ét: ꝙ neqꝫ vacuū eſt ſpatiū ſepatū a corpib⁹: neqꝫ intrinſecū corpib⁹: ſicut ponebat Democritus: Et hoc iō q2 ponētes vacuum quocūqꝫ iſtoꝝ modoꝝ: volūt ꝙ vacuū nō ſit corp⁹: ſed ſpatiū corpis. Jō. n. videbat̄ aliqd eſſe vacuuꝫ: q2 locus aliqd eſt: ꝛ ſicut locus videbat̄ eſſe ſpatiū: ita ꝛ vacuū. Si ḡ loc⁹ nō eſt aliqō ſpatiū p̄ter corpus: neqꝫ vacuū pōt eſſe ſpatiuꝫ p̄ter corpa. Et cū de rōne vacui ſit, ꝙ ſit ſpatiū corpis p̄ter corpa (vt ſupra dctū eſt) ſeq̄t̄ ꝙ vacuū nō ſit. ¶ Scdo ibi.

Argu. ¶ Et p eadē ſane. Motus. n. q loco accōmodat̄/in mētē venit. ꝛ hiſce q locū eē qd p̄ter corpoꝝ molē īgredientiū dicūt: ꝛ hiſce q vacuū ponunt. Atqꝫ cām mot⁹ vacuū ſic eē putāt: vt in illo corpa moueātur: hoc aūt tale erit: qualē ipm̄ locū qdā inquiunt eſſe.

¶ Et pp hoc acceptū eſt. Prouenit eni motus q eſt ſm locū: ꝛ locū dicentib⁹ eſſe aliqd p̄ter corpa incidētia: ꝛ his qui quidē dicūt/ꝙ vacuū eſt. Cauſam aūt motus opinant̄ eē vacuū/ſic ſicut in quo mouetur. hoc aūt tale erit/qualem locū dicunt eſſe qdaꝫ.

¶ Oñdit q̄re poſuerūt vacuū: ꝛ dicit ꝙ pp idē acceperūt vacuū eē, pp qō acceperūt locū eē. ſ. pp motū (vt ſup̄ dctm̄ ē) q2 puenit, vt ſaluet̄ motus ſm locū, tā ſm illos q dicūt locū aliqd eſſe p̄ter corpa q̄ ſunt in loco: qꝫ ſm illos q ponūt vacuū eſſe. Negātib⁹ aūt locū ꝛ vacuū: nō puenit motū ſm locū, eſſe. Et ſic vacuū quodāmō opinant̄ cām eſſe motus, eo mō quo ꝛ locū: vt in q̊. ſ. eſt motus. ¶ Deinde cū dicit.

Argu. ¶ At nulla prius neceſſitas cogit: ſi mot⁹ eſt: vacuū eē. Atqꝫ oīno qdē vacuū/oīs mot⁹ cā/nō eſt. Qua pp/ ꝛ Meliſſus idipm̄ p̄terijt. Pōt. n. alterari plenū (vt pꝫ) Deinde neqꝫ ei⁹ mot⁹ q ad locū accōmodat̄. Pñt. n. corpa mutuo ſibi cedere: ét ſi nulluꝫ ſit ſpatiū ſepabile p̄ter corpa/q̄ mouent̄. Atqꝫ hoc in ꝯtinuoꝝ/ſicut ꝛ in humidoꝝ cōuerſionibus patet.

¶ Neqꝫ vna aūt neceſſitas eſt/ſi motus eſt: eſſe vacuum. Oīno qdeꝫ igitur/oīs motionis/nequaquā. T.c.62 Uñ/ ꝛ Meliſſum latuit: alterari nāqꝫ cōtingit/plenū. Sed neqꝫ/ſm locū/motum. Sil̄. n. ſubingredi adinuicē/cōtingit: ſi nullū ſpatiū ſeparabile ſit p̄ter corpa mota. Et hoc manifeſtum eſt ét/in cōtinuoꝝ reuolutionibus/ſicut in ijs que ſunt humidorum.

¶ Excludit rōnes ponentiū vacuū eſſe. Et nō intendit hic, rōnes p̄miſſas vera ſolōne ſoluere: ſed inſtantiā dare, ex q̄ (ex ipſo aſpectu) appet ꝙ rōnes, nō ex neceſſitate ꝯcludūt. Primo ḡ excludit rōnes ponentiū vacuū ſeparatuꝫ. Scdo ponentiū vacuū in corpib⁹. ibi [Cōtingit aūt dēſari.] Pri- T.c.63 mam aūt rōnē excludit dupl̄r. Primo qdē q2 nō eſt neceſſariū ſi mot⁹ ſit: ꝙ vacuū ſit. Et ſi loq̄mur vir de q̄libet ſpē motus: manifeſte appet, ꝙ nequaqꝫ eſt neceſſariū. Nihil. n. ꝓhibet id qō eſt plenū alterari: ſol⁹. n. mot⁹ localis excludi vr̄: ſi vacuū nō ponat̄. Et h̄ latuit Meliſſuꝫ, dū credidit remoto vacuo, oēm ſpēm motus auferri. Scdo excludit eā rōnem p hoc. ꝙ neqꝫ mot⁹ localis tollit̄: ſi vacuū nō ſit. Dato. n. ꝙ nullū ſpatiū ſepabile ſit p̄ter corpa q̄ mouent̄: pōt mot⁹ localis eſſe, p h̄ ꝙ corpa ſubintrent ſe inuicē per modū inſpiſſationis: ꝛ ſic aliqd in plenū mouet̄, ꝛ nō in vacuū. Et hoc appet manifeſte in gñationib⁹ corpoꝝ ꝯtinuorum: ꝛ p̄cipue in humidis, ſicut vr̄ in aqua. Si. n. proijciat̄ lapis in aliquā magnā latitudinē aque: manifeſte apparet fieri quaſdā circulationes circa locū pcuſſionis: quouſqꝫ pars aque depulſe cōmoueat aliam, ꝛ ſubintret ipſam: vñ q2 modica pars aque ſubintrat per quandam diffuſionem in maiorem aquā circulationis p̄dicte, a paruo in maius procedunt, quouſqꝫ totaliter deficiāt. ¶ Scdo ibi.

¶ Pñt ét corpa nō ob ingreſſionē in vacuū: ſed ob Argu. extruſionē coꝝ que in ipſis inſunt denſari. veluti cū p̄mitur aqua: ſit/vt aer qui in ipſa eſt/extrudatur.

¶ Cōtingit aūt denſari nō in vacuū: ſed pp id qō ea T.c.63 que inſunt elabunt̄: vt aqua colliſa/aerē qui ineſt.

¶ Excludit rōnes ponentiū vacuū in corpib⁹. Et p̊ rōnē q̄ ꝓcedebat ex ꝯdēſatione. ꝛ dicit ꝙ cōtingit corpa ꝯdēſari: ꝛ ptes corpis ſubintrare ſibi inuicē: non pp h̄ ꝙ ps ſubintrās, vadat in locū vacuū: ſed iō q2 erāt aliq̄ foramina plena aliquo corpe ſubtiliori: qō facta cōdenſatione elabit̄: ꝛ ſicut qñ aqua collidit̄ ꝛ inſpiſſatur: aer qui intus erat excludit̄. Et hec maxime apparent in ſpongia: ꝛ in huiuſmodi corporibus poroſis. Hec igit̄ ſolō non oſtēdit cām ꝯdēſationis, quā inferius ponit: ſed oñdit, ꝙ ét per hunc modum, manifeſte excludi pōt neceſſitas vacui. ¶ Scdo ibi.

¶ Fiunt p̄terea incremēta: nō ſolū aliquo ingredien- Argu. te: ſed etiā alteratione. veluti ſi aer/ex aqua fiat.

¶ Et augmentari/non ſolum ingrediente aliquo/ ſed ꝛ alteratione/vt ſi ex aqua/fiat aer.

¶ Excludit rōnē que ꝓcedit ex augmēto: ꝛ dicit ꝙ augmentum ꝯtingit eſſe, nō ſolū per additionē alicuius corporis ingrediētis in corpus augmentatū: vt ſic neceſſe ſit, eſſe vacuum. ſed ét per alterationē: ſicut cū ex aqua, ſit aer: maior ſit quātitas aeris: qꝫ erat aque. Et hec ēt non eſt vera ſolutio rōnis inducte: ſed ſolū inſtātia q̄dā, ne ſit neceſſe ponere vacuū. Uera aūt ſolutio ponit̄ in libro de gñatione: vbi T.c.34 oſtendit̄, ꝙ alimentū non ſic trāſit in id qō auget̄: quaſi ſit aliud corpus ab ipſo: ſed q2 ꝯuertit̄ in ſubām eius: ſicut ligna appoſita igni, cōuertunt̄ in ignem. ¶ Tertio ibi.

¶ Omnino autem ea ratio que de accretione ſit/ Argu. ꝛ de aqua: que in cinerem funditur/ipſa ſeipſam impedit. Aut enim non augetur quicquam/aut

non

nõ corpe: aut fieri põt vt ſint duo corpora in eodẽ. Dubitationẽ igiẽ cõeẽ ſoluere volũt/ſʒ nõ vacuũ eẽ oñdũt/aut totũ corp⁹ vacuũ eẽ/neceſſe ẽ/ſi oĩ ex pte augeẽ/ꝛ p vacuũ (vt dicũt) accreſcit. Eadẽ eſt/ꝛ de cinere/ratio. Patet igiẽ perfacile eſſe eas ſoluere rationes ex quibus quidam/vacuum eſſe oñdunt.

¶ Oino autẽ/ꝛ quę eſt de augmẽto rõ/ꝛ in cinerem diffuſę aq: ipſa ſeipſã ipedit. Aut.n. nõ augeẽ qðlibet/aut nõ corpe: aut cõtingit duo corpa in eodem eẽ. Dubitationẽ igiẽ volunt cõem ſoluere/ſed non demõſtrãt vacuũ/qũo eſt. Aut oẽ eẽ corpus/neceſſe eſt/vacuũ: ſi penit⁹ augeẽ: ꝛ augeẽ per vacuũ. Eadẽ
T.c.64 aũt/ꝛ i cinere/rõ ẽ. ¶ Qð qdẽ igiẽ ꝛ ex qb⁹ demõſtrant vacuum/ſoluere facile ſit/manifeſtum eſt.

¶ Excludit ſimul, ꝛ rõnẽ de augmẽto ꝛ rõnẽ de aq̃ effuſa in cinerẽ: ꝛ dicit ꝙ vtraq; ipedit ſeipſã. Qð ſic pʒ. Eſt.n. circa augmentũ hęc dubitatio. Vẽ.n. ꝙ nõ totum augeaẽ: vel ꝙ augmentũ non fiat p additionẽ corpis: ſed p additionẽ alicuius incorporei: aut ꝙ ↄtingat duo corpa eſſe in eodẽ loco. Hic igiẽ dubitationẽ q̃ cõiter vi eſſe, tã ↄ ponentes vacuũ: q̃ ↄ non ponẽtes. volũt ſoluere. Sʒ tñ non demonſtrant, ꝙ vacuũ ſit: ſed opʒ eos dicere, ſi augmentum ſit pp vacuũ, ꝙ totũ corpus ſit vacuũ: cũ totũ corpus augeaẽ. Et ſil'r dõm eſt de cinere: qꝛ ſi vas plenũ cinere, recipit tñ de aqua: q̃tũ vacuũ: opʒ dicere, ꝙ totũ ſit vacuũ. Nõ eſt igiẽ h̃ pp vacuitatẽ: ſed pp cõmiſtionẽ in aq̃. Aqua.n. cõmiſta cineri, cõdenſaẽ: ꝛ aliq̃ ps eius exhalat: ꝛ iteꝝ partes cineris magis inſpiſſanẽ humefactione. Cuius eſt ſignũ: qꝛ nõ põt extrahi tñ de aqua, quãtũ prius fuit. Ultimo autẽ cõcludit, ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ facile eſt ſoluere ea, ex quibus demonſtrant vacuum eſſe. Lec.xj.

Argr. ¶ Rurſus ãt dicam⁹/vacuũ hoc pacto ſepatũ nõ eẽ vt qdã inqunt eẽ. Nã ſi nã cuiq; ſimpliciũ corporũ aliq̃ latio cõpetat/vt igni qdẽ ſurſũ: terrę vo deorſuʒ/atq; ad mediũ/pʒ vacuũ cãm lationis nõ eſſe. Cui⁹ igiẽ motus cã vacuuʒ erit? Eius enim eſſe videẽ/qui loco accõmodatur at huius cã/non eſt.

Quoniã aũt nõ eſt vacuũ/ſic diuiſuʒ/ ſicut quidã dicũt/dicem⁹ iteꝝ. Si.n. vniuſcuiuſq; loci mutatio aliq̃ ſimpliciuʒ corporum nã eſt: vt ignis qdẽ ſurſuʒ: terrę aũt deorſuʒ/ꝛ ad mediũ: manifeſtũ eſt/ꝙ nõ vacuũ erit cã loci mutatiõis. Cuius igiẽ cã erit vacuũ? Videẽ .n. cã eſſe motus ẽm locum: huius aũt/cã non eſt.

Poſitis opinionibus alioꝝ de vacuo: ꝛ qd ſignificeẽ noie vacui: hic incipit ingrere veritatẽ. Et
2ª parte primo oſtẽdit vacuũ nõ eſſe ſepatũ. 2° oñdit vacuũ nõ eſſe
79.1. corpib⁹ indiũ ibi [Sunt aũt qdã ꝛc̃.] Circa p^m duo facit. Primo oſtẽdit vacuũ non eſſe ex pte motus. 2° ex ↄſideratione, qua ipm vacuũ cõſideraẽ ẽm ſe. ibi [Et per ſe aũt.]
T.c.76. Circa pmũ duo facit. Pio oñdit vacuũ nõ eẽ ex pte mot⁹ Scðo ex pte velocitatis ꝛ tarditatis i motu. ibi [Amplius aũt ex his ꝛc̃.] Circa pmũ ponit ſex rões: circa quarũ pmã dicit, ꝙ opʒ iteꝝ dicere, ꝙ nõ eſt vacuũ ſepatũ ſicut quidã dicũt. Ideo aũt apponit [Iterũ.] qꝛ hoc ẽt aliqualiter oſtẽſum eſt ex pte loci. Si.n. locus nõ ſit ſpaciuʒ: ſequitur ꝙ vacuũ nihil ſit (vt ſupra dictuʒ eſt) Sed nunc iteruʒ idẽ, oñdit ex pte mot⁹. Ponebãt.n. vacuũ (vt dictum ẽ) pp motũ, ſʒ pp motũ nõ ẽ neceſſariũ ponere vacuũ. Maxime eni videẽ, ꝙ eſſet cã motus localis: ſed pꝑter motũ localẽ nõ opʒ ponere vacuũ: qꝛ oĩa corpa ſimplicia hñt mot⁹ locales nãles: ſicut mot⁹ nãlis ignis ẽ ſurſuʒ: ꝛ mot⁹ terrę ẽ deorſũ, ꝛ ad mediũ. Et ſic manifeſtũ ẽ, ꝙ nã vniuſcuiuſq; corpis, eſt cã mot⁹ localis: ꝛ nõ vacuũ. Qð qdẽ eẽt, ſi pp neceſſitatẽ vacui, aliq̃ corpa nãlia mouereẽ. Si aũt nõ poniẽ cã mot⁹ localis: nulli⁹ alteri⁹ mot⁹ cã poni põt: neq; alterius rei. Fruſtra igiẽ vacuũ eſt. Scðam rõnem ponit ibi.

¶ Preterea ſi eſt aliqd: vt loc⁹ corpe carẽs/cũ ẽ vacuũ: quonã fereẽ corp⁹ qð i illo poſitũ fuerit? Non .n. ad vniuerſuʒ moucbiẽ. Eadẽ ꝛ ad eos accõmodaẽ rõ/q locũ ſepatũ qd eſſe ponũt/i quẽ id ferẽ/ qð motu cieẽ: Quo nãq; mõ fereẽ id/qð ibi poſitũ fuerit/aut manebit? Et de differentijs hiſce/ſup̃ (inq̃) ac infra: ꝛ de vacuo/nõ iniuria eadẽ accõmodabiẽ rõ. Qui nãq; vacuuʒ eẽ dicũt: locũ ipʒ inquiũt eſſe: At quonã pacto corp⁹/aut i loco: aut i vacuo erit. Non.n. ſit id qð rõ flagitat: cũ totũ quippiã corp⁹/aut i ſeparato pmanẽteue loco/poſitũ fuerit. Parſ eniʒ ſi nõ ſeorſuʒ ponatur/nõ in loco eſt: ſed in toto. Preterea ſi neq; locus eſt: neq; vacuum erit. Argr.

¶ Amplius ſi eſt vacuũ aliquid/velut loc⁹ priuatus T.c.65 corpore: cũ ſit vacuũ quo mouebiẽ poſitum in ipſo corp⁹? Nõ.n. in omnẽ partẽ. Eadẽ aũt ratio/ꝛ ad locũ eẽ aliqd opinãtes ſepatũ: in quẽ ferẽ/qð ferẽ. Qũo eni mouebiẽ poſitũ/aut manebit? Et de ſurſũ ꝛ deorſũ/ꝛ de vacuo/cõuenit eadẽ rõ merito. vacuum .n. locũ faciũt/qui eſſe dicunt. Et qũo iã inerit/aut in loco aut in vacuo? Nõ.n. accidit/cũ totuʒ poſitum ſit ſicut in ſeparato loco/ꝛ ſufferẽte corpore. Pars.n. niſi ſeorſum ponatur: nõ erit in loco: ſed i toto. Amplius ſi non eſt locus/vacuum/non erit.

¶ Quę talis eſt. Si ponaẽ vacuũ eſſe: non põt aſſignari cã mot⁹ nãlis: ꝛ q̃etis nãlis. Manifeſtũ eſt.n. ꝙ corpus nãle moueẽ ad locũ ſuũ nãleʒ: ꝛ q̃ſcit i eo nãliter: pp cõuenientiã quã hʒ cũ ipſo: ꝛ qꝛ nõ ↄuenit cũ loco a quo recedit: ſʒ vacuũ nõ hʒ aliquã nãm p quã poſſit cõuenire aut diſconuenire a corpe nãli. Si ergo ponaẽ aliqð vacuũ quaſi qdã loc⁹ puatus corpe: nõ poterit aſſignari ad quã ptem, illud corp⁹ naturaliter moueatur. Nõ enim põt dici ꝙ feraẽ ad qualiber ptẽ: qꝛ hoc videm⁹ ad ſenſuʒ eẽ falſuʒ: qꝛ ab vna parte nãliter recedit: ꝛ nãliter accedit ad aliã: Et hęc eadẽ rõ, valet ↄ eos q ponũt locũ eẽ qðdã ſpatiũ ſepatũ, i qð corpus mobile ferẽ. Nõ.n. erit aſſignare qũo corp⁹ poſitum in tali loco, vel moueaẽ, vel q̃ſcat: qꝛ dimẽſiões ſpatij, nullã habẽt nãʒ p quã poſſit attẽdi ſimilitudo, vel diſſimilitudo ad corp⁹ nãle. Et merito cõgruit eadẽ rõ de vacuo [ꝛ ð ſurſuʒ ꝛ deorſuʒ].i. de loco: cuius partes ſunt ſurſum ꝛ deorſuʒ: qꝛ illi qui ponũt vacuuʒ, dicunt ipſum eſſe locuʒ: Et nõ ſolũ ponẽtes vacuũ: ꝛ ponẽtes locũ eẽ ſpatiũ: nõ pñt aſſignare qũo aliqd moueaẽ ꝛ q̃ſcat ẽm locũ: ſʒ ẽt nõ pñt cõuenienter aſſignare, qũo aliqd ſit i loco, vel i vacuo. Si eniʒ locus ponaẽ eẽ ſpatiũ: opʒ ꝙ totũ corp⁹ inferaẽ in illud ſpatiũ: ꝛ nõ ſicut accidit apud ponẽtes locũ eẽ terminũ corpis ↄtinẽtis. ꝙ locatũ eſt: in loco ſunt in aliquo ſeparato, ꝛ ſicut i quodã corpe ↄtinẽte, ꝛ ſuſtẽtãte. Et hoc videẽ eſſe de rõne loci, ꝙ aliquid ſit i loco, ſicut i ſeparato ꝛ ſeorſuʒ exiſtẽte: qꝛ ſi ps alicuius corpis nõ ponaẽ ſeorſum ab ipſo corpe: nõ erit i eo: ſicut i loco: ſʒ ſicut i toto. Eſt igiẽ de ratione loci ꝛ locati, ꝙ loc⁹ ſeorſuʒ ſit a locato. Et hoc nõ accidit, ſi ſpatiũ ſit loc⁹ in qð totũ: mergiẽ totũ corp⁹. Nõ igiẽ ſpatiũ eſt locus: ꝛ ſi ſpatiũ non eſt locus: manifeſ

ſtum eſt, ꝙ vacuum non eſt. ¶ Tertiã rõnem ponit ibi.

Argũ. ¶ Accidit aũt hiſce qui dicũt vacuũ eẽ/vt neceſſariũ ſi mot⁹ erit/ↄtrariũ poti⁹: ſi ꝗſpiã diligẽter ↄſideret nõ poſſe inꝗ̃ quicꝗ̃ moueri/ſi vacuũ eſt. Nã vt qdã terrã ob ſimilitudinẽ quieſcere cenſuere/ſic ⁊ in vacuo quoduis quieſcere corpus/neceſſe eſt. Non eſt enim/quonam magis aut minus mouebitur. Quo nãq; vacuum eſt: hoc differentiarum eſt expers.

T.c.66 ¶ Accidit aũt dicẽtibus eſſe vacuum/tanꝗ̃ neceſſariũ/ſiqdẽ erit motus/ↄtrariũ magis eſſe/ſi aliquis intẽdat/nõ cõtingere moueri nihil/ſi ſit vacuũ. Sicut.n.ꝑꝑ ſimile dicẽtes terrã qeſcere/ſic ⁊ in vacuo neceſſe eſt quieſcere. Nõ.n.eſt quo magis ⁊ minus mouebitur/ſm.n. ꝙ vacuũ eſt/non habet dr̃iam.

2.de ce. t.c.90 ¶ Et dicit, ꝙ cũ antiq phĩ ponerẽt ꝙ neceſſe ẽ vacuũ eẽ ſi ẽ mot⁹: ẽ cõtra accidit: qꝛ ſi eſt vacuũ, nõ ẽ mot⁹. Et h̃ ꝓbat ꝑ qddã ſimile. Quidã n. dixerũt ꝙ terra qeſcit in medio ꝑꝑ ſimilitudinẽ ptiũ circũferẽtię vndiq;: ⁊ ſic terra cũ nõ habeat q̃re moueat̃ magis verſus vnã partẽ circũferẽtię: ꝗ̃ verſus aliã/qeſcit. Et eadẽ rõne neceſſe ẽ i vacuo qeſcere. Nõ.n.ẽ aſſignare quare magis moueat̃ ad vnã partẽ ꝗ̃ ad aliã: qꝛ vacuũ inquantũ h⁹ nõ hꝫ dr̃ias in ſuis partibus. Non entis.n. nõ ſunt differentię. ¶ Quartam ponit ibi.

Argũ. ¶ Atq pꝫ oẽm motũ: aut vi fieri/aut nã. Et ſi ſit violẽtus/⁊ cũ neceſſario qui nã cõpetit eẽ. Quippe cũ violentus quidem ſit pręter nãm/qui võ eſt ꝑter naturã: poſterior ſit eo qui eſt ſm naturã. Quare ſi hiſce motus nõ ſit/ qui corpoꝝ nãliũ cuiq; ſuapte nã cõpetit: neq; cęteroꝝ ꝓfecto motuũ/quiſꝗ̃ erit. At quonã pacto mot⁹ his erit/qui nã cõpetit reb⁹/cuꝫ rõne vacui: ac infiniti nulla ꝓrſus ſit dr̃ia. Nã quo infinitũ eſt/ eo nihil infra: nihil ſupra/ nihil deniq; mediũ eſt. Quo võ vacuũ eſt/eo nihil intereſt inter ſuperũ inferũq;. Nã vt nihil nulla eſt differẽtia/ ſic ⁊ ei⁹ qd haud eſt nulla dr̃ia aſſignari põt. Vacuũ võ nõ ens quid/priuatioq;/eſſe vr̃. At ea latio q̃ natura cõpetit: dr̃iaꝫ ſubit. Quare erũt ea quę differẽtia ſunt/nã. Aut igit̃ nõ eſt natura latio vſquã: aut ſi eſt/vacuum in ratione reꝝ profecto/ non eſt.

T.c.67 ¶ Deinde qm̃ oĩs motus aut violentus aut ſm naturã eſt. Neceſſe eſt aũt: ſiqdẽ ſit violẽtus: eſſe ⁊ cũ qui ſm naturaꝫ. Violẽtus.n.eſt extra naturam qui autẽ extra naturã poſterior eſt eo/qui eſt ſm naturã. Quare ſi nõ ſm naturã ẽ vnicuiq; phyſicoꝝ corporũ mot⁹/neq; alioꝝ erit motuũ neq; vnus. At vero motus nã q̃uo erit in vacuo: cũ nec vna ſit differentia ſm vacuũ/⁊ infinitũ. Scdm quidẽ.n. ꝙ infinitũ eſt/nihil erit ſurſuꝫ neq; deorſum/ neq; mediuꝫ. Scdm autẽ ꝙ vacuum eſt/nihil differens ſurſum a deorſum. Sicut.n. nullius neq; vna eſt differentia. ſic ⁊ nõ entis. Vacuũ autẽ nõ ens aliqd/⁊ priuatio/videt̃ eſſe. Natura aũt loci mutatio differẽs eſt. Quare erũt quę ſunt nã/ dr̃ia. Si igit̃ nõ ẽ natura: nuſꝗ̃ ⁊ nulla loci mutatio/aut ſi hoc ẽ. nõ ẽ vacuũ.

¶ Quę talis eſt. Mot⁹ nãlis eſt ꝑor violẽto: cũ mot⁹ violẽt⁹ nõ ſit niſi qdã declinatio a motu nãli. Remoto ḡ motu nãli remouet̃ oĩs mot⁹: cũ remoto ꝑori remoueat̃ poſteri⁹. Sꝫ poſito vacuo, remouet̃ mot⁹ nãlis: qꝛ tollit̃ dr̃ia ptiũ loci ad quas ẽ mot⁹: ſicut ⁊ poſito iſinito (vt ſup̃ dcm̃ eſt) Sꝫ h̃ itereſt iter vacuũ ⁊ iſinitũ: qꝛ poſito iſinito: nullo mõ põt poni neq; ſurſuꝫ neq; deorſuꝫ: neq; mediũ (vt i tertio dictũ eſt) poſito aũt vacuo, pñt hęc qdẽ poni: ſed nõ ꝙ adiuicẽ differãt: qꝛ nullius, ⁊ nõ entis: ⁊ ꝑ ↄñs vacui (cum ſit nõ ens ⁊ ꝑuatio) nõ eſt aliqua dr̃ia. Sꝫ loci mutatio nãlis reqrit dr̃iã: qꝛ diuerſa corpa ad diuerſa loca mouent̃. Vñ opꝫ loca nãlia differre adinuicẽ. Si igit̃ ponat̃ vacuũ: nulli⁹, erit naturalis loci mutatio: ⁊ ſi nõ eſt loci mutatio naturalis nulla loci mutatio erit. Unde ſi eſt aliq̃ loci mutatio oportet ꝙ vacuum non ſit. ¶ Quintam ponit ibi.

¶ Pręterea nunc qdẽ mouent̃ ea q̃ iaciunt̃/eo qui pepulit nõ tãgẽte: aut ob ãtipiſtaſiꝫ (vt qdã inquit) aut qꝛ pulſus aer/motu pellit celeriore: q̃ ſit ea latio pulſi/qua locũ ad ꝓpriũ fert̃. At i vacuo nihil hoꝝ eſſe põt. Neq; ſi vt qcꝗ̃ ferat̃ niſi vt id qd vehitur. Argũ.

¶ Ampli⁹ nũc qdẽ ꝓiecta mouent̃/ꝓiectore nõ tãgẽte/aut ꝑꝑ antipiſtaſim (ſicut qdã dicũt) aut ex eo qd pellit pulſus aer/velociore motu/ꝗ̃ latio pulſi ſꝫ quã fert̃ ĩ ꝓpriuꝫ locuꝫ. In vacuo autẽ nihil horuꝫ ↄtingit eẽ: neq; erit fieri/ſꝫ aut ſicut qd vehit̃. T.c.58

¶ Circa quã ↄſiderãdũ ẽ, ꝙ ſolet eẽ quędã dubitatio circa ea quę ꝓiciunt̃: opꝫ.n. mouẽs ⁊ motũ ſimul eẽ (vt ĩfra i.7. probat) ⁊ cũ illud qd ꝓijcit̃, inuenit̃ moueri ẽt poſtꝗ̃ ſeparatũ eſt a ꝓijciẽte. ſicut appet i lapide ꝓiectore ſagitta emiſſa p arcũ. Nũc igit̃ ſuppoſito ꝙ vacuũ nõ ſit: ſoluitur iſta dubitatio ex parte aeris quo mediũ replet̃. ⁊ hoc dupliciter. Dicũt eni qdã ꝙ ea quę ꝓiciunt̃ mouent̃ poſtꝗ̃ non tãgunt̃ a ꝓijciẽte ꝑꝑ antipariſtaſiꝫ. i. repcuſſionẽ: vel ↄtrareniſtẽtiã. Aer.n. mot⁹ repcutit̃ ad aliũ aerẽ: ⁊ ille ad aliũ: ⁊ ſic deinceps: ⁊ per talẽ repcuſſionẽ aeris ad aerẽ, mouet̃ lapis. Alij võ dicũt ꝙ hoc ideo eſt: qꝛ aer ↄtinu⁹ exiſtẽs a ꝓijciẽte ipellit̃: velocius ipellit corp⁹ ꝓiectũ ꝗ̃ ſit mot⁹ quo corp⁹ ꝓiectũ fert̃ nãliter in ꝓpriũ locuꝫ. Vñ propter velocitatẽ mot⁹ aeris, nõ ꝑmittit̃ corpus proiectuꝫ. vtputa lapis, vel aliud h⁹ cadere deorſum: ſꝫ fertur ſm ipulſionẽ aeris. Nulla aũt iſtaꝝ cãuũ poſſet poni ſi eſſet vacuũ ⁊ ita corpus ꝓiectũ nullo mõ ferret̃: niſi ꝗ̃diu veheretur: putas manu ꝓijciẽtis: ſꝫ ſtati emiſſus caderet: cuius ↄtrarium videmus: nõ ergo eſt vacuum. ¶ Sextam ponit ibi. Argũ.

¶ Pręterea nemo dicere põt/cur motũ alicubi ſtabit. cur.n. hic ꝗ̃ ibi potius ſtabit? Quare/aut quieſcet/ aut in iſinitũ ferat̃/neceẽ eſt/ſi nõ potẽti⁹ quippiã ipedierit. Inſup nũc qdẽ in vacuo ex eo corpa ferri videtur/qꝛ cedit. At in vacuo talis ↄditio ſimilr̃ ſeſe habet omni ex parte. Quare oẽm ad parteꝫ ferentur. T.c.69

¶ Ampli⁹ null⁹ hẽbit dicere/ꝑꝑ quid/qd mouet̃ ſtabit alicubi: qd.n. magis hic ꝗ̃ ibi? Quare aut quieſcet: aut in iſinitum/neceſſe eſt ferri: niſi aliqd impedierit maius. ¶ Ampli⁹ autẽ nunc qdẽ/in vacuũ ob id qd cedit/ferri videt̃. In vacuo autẽ vbiq; ſimr̃ eſt huiuſmodi. Quare/in oẽm parteꝫ feretur. T.c.70

¶ Quę talis eſt. Si mot⁹ ſit in vacuo, null⁹ poterit aſſignare cãm, ꝑꝑ qd illud qd mouet̃ alicubi ſtat. Nõ.n. ẽ rõ quare magis quieſcat i vna pte vacui ꝗ̃ in alia: neq; in his quę mouent̃ nãliter: cũ nõ ſit dr̃ia in ptibus vacui (vt ſupra dictũ eſt) neq; in his quę mouentur motu violẽto. Sic.n. dicim⁹, ꝙ ceſſat motus violentus: vbi deficit repercuſſio vel

impulſio

ipulſio aeris:ſm duas cās aſſignatas. Oportebit ḡ ꝙ vel quieſcat oē corp⁹ ⁊ nihil moueaꝛ: aut ſi aliqd moueaꝛ, ꝙ moueaꝛ in īfinitū: niſi occurrat ei aliqd corp⁹ mai⁹ qd violentū motū ei⁹ īpediat. Ad ꝯfirmationē aūt hui⁹ ratiōis ſubiūgit cāz ꝗre ponūt aliq motū fieri ī vacuo: qꝛ.ſ. vacuū cedit, ⁊ non reſiſtit mobili: vñ cū vacuū ſilr cedit ex oī parte: feretur in infinitū ex qualibet parte. Lec.xij.

Argȳ. Atq ꝑſpicuū id qd dr̄ ⁊ ex hiſce q̄ deinceps dicemus erit. Videm⁹.n. idē pōdus corpuſue/ celerius duas ob cās/ferri. Aut qꝛ id dr̄t p qd moueꝛ: vt ſi p terrā vł aq̄/vł aerē moueaꝛ. Aut qꝛ id qd ferꝛ drt/ ſi ſint eadē cętera/ob pōderis/aut leuitatis exceſſū.

T.c.71 Amplius aūt/⁊ ex his manifeſtuz eſt/ qd dr̄. Videm⁹.n. idem graue/⁊ leue corp⁹ velocius ferri/pp duas cās/aut in differendo per quid/vt per aquā: aut p terrā/ aut per aerē: aut in differēdo qd ferꝛ. ſi alia ſunt eadē: propter excellentiā grauitatis aut leuitatis.

Hic oſtendit vacuū nō eſſe ex pte velocitatis ⁊ tarditatis in motu. Et circa h̄ duo facit. Primo aſſignat cās pp q̄s velocitas ⁊ tarditas eſt in motu. Scđo ex illis cauſis argumentatur ad ꝓpoᵐ ibi[Hoc igitur per qd infra fertur ⁊c.] Dicit ergo primo, ꝙ vnum ⁊ idez corpus graue: ⁊ qdcunqȝ aliud, vtpote lapis vel aliquid hm̄, pp duas cās velocius fertur: aut pp drīam medij per qd ferꝛ. vt p aerez, vel terrā: vel aquā: aut pp drīam ipſius mobilis: qꝛ eſt, vel grauius, vel leuius cęteris paribus. Scđo ibi.

Argȳ. Atqȝ id qdē p qd ferꝛ cā ē/ꝓpterea qd īpedit: maxime qdē ſi ecōtra feraꝛ. Min⁹ āt/ſi maneat/⁊ magis id/qd nō ē facile diuiſibile. Quale eſt id qd magis eſt craſſuz. Pōdus igiꝛ.a.p.b. qdē mediū ī tpe c. fereꝛ. Per.d. vō ſbtili⁹ qdē illo: lōgitudie vō ęqle ī tpe.e. īpediētis corpis rōne. Sit.n.b. qdē aq̄.d. āt aer. Quāto igiꝛ aer aq̄ ſbtilior/tāto celeri⁹.a. pōd⁹ p.d. q̄z p.b. mediū fereꝛ (vt pȝ.) Hēat igiꝛ eādē rōnem ad celeritatē celeritas: quā diſtat aer ab aqua. Quare ſi in duplo ſit aer aqua ſubtilior/duplo in tpe.b. mediū ptrāſibit ad id tps/in quo p mediū.d. fereꝛ ⁊.c. tps duplū erit tēporis. e. atqȝ quo ſubtilius eſt minuſqȝ īpedit: atqȝ facili⁹ ſcindiꝛ id per qd fit tranſitio/eo pōdus.a. celeri⁹ ſemper feretur.


Hoc igiꝛ per qd ferꝛ cā eſt: qꝛ īpedit maxie qdem/ qd cōtra ferꝛ: poſtea aūt ⁊ manēs. Magis autem qd nō facile diuiditur: hm̄ōi autez groſſus eſt. Id igiꝛ in quo eſt.a. mouebiꝛ per.b. qd autē in quo eſt c. tps: per ipm aūt.d. cū ſit ſubtilius: ſed ęqlis longitudo eſt ipſius.b. quę eſt ipſius.d. ſm analogiā īpediētis corpis: ſit.n.b. qdez aqua.d. vero aer. Quāto igiꝛ ſubtili⁹ aer aqua/⁊ icorporalius tāto citius a. per.d. mouebiꝛ q̄z per.b. Habet igiꝛ eandē rōnē/ qua qdem diſtat aer/ab aqua: velocitas ad velocitatē. Quare ſi dupliciter ſubtile eſt/in duplici tēpore (qd eſt ipſum.b. trāſibit q̄z.d. Et erit in quo eſt.c. tps duplex eo in quo eſt.e. Et ſemper iā q̄ſtūcunqȝ ſit incorporalius/,⁊ minus impeditum ⁊ bene diuiſibilius per qd fertur/,citius mouebitur.

Ex ꝑmiſſis cauſis argumētaꝛ ad ꝓpoᵐ. Et p̄ ex drīa medij, 2° ex drīa mobilis. ibi[Scđo aūt hoꝝ.] Circa pᵐ duo 2ᵃ parte faċ. Prio pōit rōne. 2° eā recapitulādo recolligit. ibi[Sȝ T.74 ſicut ī capl'o.] Circa pᵐ duo facit. Prio ponit rōnē. 2° oſtē 2ᵃ parte dit ꝯclusionē ſeq ex ꝑmiſſis. ibi[Sit.n. 3. vacuū.] Pōit ḡ T.73 pᵒ talē rōnē. Proportio mot⁹ ad motū ī velocitate ē ſicut 2ᵃ parte ꝓportio medij ad mediū ī ſubtilitate: ſȝ ſpatij vacui ad ſpa 72. tiū plenū nulla ē ꝓportio: ḡ mot⁹ p vacuū nō hȝ ꝓportionē ad motū, q fit p plenū. Prio ḡ manifeſtat pᵃᵐ ꝓpōnē hᵒ rōnis: ⁊ dic, ꝙ mediū p qd aliqd ferꝛ ē cā velocitatis ⁊ tarditatis: qꝛ īpedit corp⁹ qd moueꝛ: ⁊ maxie qdē īpedit qñ mediū ferꝛ ī ꝯtriū: vt pȝ in naui cui⁹ mot⁹ īpediꝛ a vēto. Scđario aūt īpedit: ſi ēt qeſcat: qꝛ ſi ſilr moueretꝛ cū mobili nō īpediret: ſȝ magis iuuaret ſicut fluui⁹ q dfert nauē inferi⁹. Sȝ iter ea q̄ īpediūt, magis īpedit illd qd ñ facile diuidiꝛ: ⁊ tale ē corp⁹ magis groſſū. Et h̄ māifeſtat p exēplū. Sit.n. corp⁹ qd moueꝛ.a. ſpatiū p qd moueꝛ ſit.b. ⁊ tps ī q̄.a. mouet p.b. ſit.c. Ponam⁹ aūt aliō ſpatiū qd ſit d. ęqlis lōgitudis cū b. ſȝ tñ.d. ſit plenū ſubtiliori corpe q̄z.b. hȝ aliq̄ analogiā.i. ꝓportionē corpis medij qd īpedit motū corpis. vtputa ꝙ ſpatiū.b. ſit plenū aq̄: ſpatiū vō.d. ſit plenū aere. Quāto ḡ aer ē ſbtilior aq̄ ⁊ min⁹ ſpiſſus. tāto mobile qd ē a. citi⁹ mouebiꝛ p ſpatiū.d. q̄z p ſpatiū.b. Quę ē ḡ ꝓportio aeris ad aquā ī ſubtilitate: eadē ē ꝓportio velocitatis ad velocitatē. Et q̄to ē maior velocitas. tāto ē min⁹ tps: qꝛ velocior mot⁹ dr̄, q ē ī minori tpe p ęqle ſpatiū (vt ī ſexto diceꝛ) Vñ ſi aer ē ī duplo ſubtilior, q̄z aq̄. ſequeꝛ ꝙ tps ī q̄ moueꝛ p.b. (qd ē plenū aq̄) ſit duplū tpe ī qd ptrāſit.d. qd ē plenū aere. ⁊ ita tps.e. in q̄ ptrāſit ſpatiū.b. erit duplum tpe qd eſt.e. in q̄ ptrāſit ſpatiū.d. ⁊ ſic poterimus vniuerſaliter accipe: ꝙ in q̄cūqȝ ꝓportiōe mediū p qd aliqd ferꝛ eſt ſubtilius: ⁊ minus impeditiuū ⁊ facilius diuiſibile: in eadem proportione erit motus velocior.


Lec. 3.
T.c.13

Demonſtratio exemplaris oſtendens ꝙ talis eſt proportio motus ad motum in velocitate, qualis eſt proportio medij ad medium in ſubtilitate.

C. Tempus.



E. Tempus.



Scđo ibi.

Argȳ. At vacuū nullā rōnē hȝ qua corpe excediꝛ: quēadmodū neqȝ ipȝ nihil/ad nūerū. Nā ſi quatuor/ vno quidē tria: plurib⁹ vō duo/⁊ plurib⁹ ēt q̄z duo vnuz excedūt/nullā ꝑfecto rōnē vlterius hñt/qꝛ nihilum ipm excedunt. Id.n. qd excedit/in exceſſum ipm: ⁊ in id qd excediꝛ/neceſſe ē/diuidaꝛ. Quare ipſa quatuor erūt id/quo excedūt: et nihil. Iccirco neqȝ li-

nea pũctũ excedit/ſi nõ cõponatur ex pũctis. Simi liter ⁊ vacuũ/nullã ad plenũ rõnẽ/habere poteſt.

℄ Vacuũ aũt/nullã hʒ rõnem qua excellat̃ a pleno/ ſicut neqʒ nihil/ad nũeruʒ. Si.n. quatuoꝛ tria excel lunt/vno/plurib⁹ autẽ duo: ⁊ adhuc vnũ pluribus q̃ʒ duo. Nihil aũt/non amplius habent rõneʒ/qua excellant. Neceſſe eſt.n. diuidi excellẽs in excellen tiaʒ/⁊ in id qd̃ excellit̃. Quare ⁊ quatuoꝛ in quan tũcunqʒ excellũt/⁊ nihil. Unde neqʒ linea pũctum excellit/niſi cõponat̃ ex pũctis. Similiter ãt vacuũ ad plenũ/nullam poſſibile eſt habere rationem.

℄ Mãifeſtat ſcd̃aʒ ꝓpoſitionẽ ⁊ dicit, ꝙ vacuũ nõ excedit̃ a pleno ſm̃ aliquã ꝓportionẽ. Et h̃ ꝓbat p h̃, ꝙ numerus nõ excedit nihil ſʒ ꝓportionẽ aliquã: ſʒ ſolũ attẽdit̃ ꝓpoꝛ tio aliqua nũeri ad numeruʒ vel ad vnitatẽ, ſicut quatuoꝛ excellũt tria in vno: ⁊ adhuc in pluri excellũt duo: adhuc ĩ pluri vnũ. Unñ dicit̃ maioꝛ ꝓportio quatuoꝛ ad vnũ: q̃ʒ ad duo vel tria. Sed quatuoꝛ nõ excellũt nihil ſʒ aliquã pro portionẽ. Et hoc ideo: q2 neceſſe eſt, ꝙ omne excellẽs diui datur in id, qd̃ excellit̃: ⁊ in excellẽtiã. i. in id in q̃ excellit: ſicut quatuoꝛ diuidit̃ in tria: ⁊ in vnũ in quo excellit tria. Si ergo quatuoꝛ excellũt nihil ſequet̃, ꝙ quatuoꝛ diuidã tur ĩ aliquot, ⁊ nihil: qd̃ eſt incõueniens. Unde etiã nõ põt dici, ꝙ linea excellat punctũ: niſi cõponeretur ex punctis: ⁊ diuideretur in ea. Et ſimiliter nõ poteſt dici, ꝙ vacuum habeat aliquã proportionem ad plenum: quia vacuum nõ cadit in compoſitionem pleni. ℄ Tertio ibi.

Argr. ℄ Quare neqʒ etiã motus. Sed ſi per ſubtiliſſimum tanto motu tanto in tempoꝛe pondus. a. fertur/per vacuũ ſi mouebit̃/oẽm ꝓfecto rõneʒ exuperabit.

t.c. 72 ℄ Ergo neqʒ ad motũ. Sʒ ſi per ſubtiliſſimũ in tan to taliqʒ ferẽ/per vacuũ oẽm exuperat rationem.


℄ Ponit cõcluſioneʒ concludens ꝙ nõ eſt poſſibile eſſe ꝓ portionem inter motũ qui fit per vacuum: ⁊ motũ qui fit per plenũ: ſed ſi aliquod coꝛpus fert̃ per quodcũqʒ ſubti liſſimũ in tanto ſpatio taliqʒ tpe: mot⁹ qui eſt p vacuũ, trã ſcẽdet oẽm proportionem datam. ℄ Deinde cũ dicit.

Argr. ℄ Si.n.ʒ. vacuum lõgitudine ęquale. b. ⁊. d. plenis/ Põdus igit̃. a. ſi trãſierit. Atqʒ aliquo qdẽ in tpe qd̃ ſit. i. minoꝛe vo q̃ʒ ẽ tps. e. fuerit motũ hãc pꝛofe cto rõnẽ: ⁊ vacuũ hẽbit ad plenũ/q̃ʒ ad tps: tẽpus hẽbit. Sed tãto in tẽpoꝛe quantũ eſt. i. pleni. d. par tẽ aliquã tranſierit pondus. a. Sitqʒ illa. d. k. Tran ſierit autẽ. a. pondus medium ipſum. ʒ. Si ea etiaʒ ratione differat ſubtilitate ab aere/quaʒ. e. tempus ad. i. tempus habet. Nam ſi coꝛpus. ʒ. tanto ſubti lius ſit ipſo. o. quanto tẽpus. e. tẽpus excedit. i. ecõ tra profecto põdus. a. tranſierit illud celeritate/tan to in tempoꝛe: quantũ eſt tempus. i. ſi per illud fera tur. Si igitur nullum in. ʒ. fuerit coꝛpus celeri⁹/ad huc per illud ſane mouebit̃. At in. i. tempoꝛe motũ iam erat. Quare pondus. a. ęquali in tempoꝛe/ple nũ ⁊ vacuũ pertrãſibit. At hoc fieri nequit. Si igi tur tẽpus aliquod erit in quo per vacuũ qd̃uis coꝛ pus mouebitur/hoc eueniet impoſſibile vt ex hiſce quę diximus patuit. In tẽpoꝛe eniʒ ęquali quippiã plenum/a q̃ʒ vacuuʒ pertranſibit. Erit enim ſic ali quod coꝛpus ad coꝛpus/vt ad tempus eſt tempus.

℄ Sit enim. ʒ. vacuum ęquale aũt magnitudine his quę ſunt. b. ⁊. d. a. ergo ſi trãſibit/⁊ mouebit̃ per. ʒ. quodã qdem ĩ tpe qd̃ eſt. i. Sed in minoꝛi q̃ʒ in quo eſt. e. ⁊ hãc habebit rõnẽ/vacuũ ad plenuʒ. Sed in tãto tpe quantũ eſt in quo eſt i. ipſius. d. a. tranſibit ſubtili⁹. Trãſibit aũt/ſi ſit aliqd ſubtilitate differẽs ab aere in quo eſt. ʒ. ſm̃ hanc ꝓportionẽ quaʒ tem pus hʒ in quo eſt. e. ad tps in quo eſt i. Si.n. in tan to ſubtili⁹ eſt coꝛpus in quo eſt. ʒ. ipſo. d. quantum exuperat. e. ipſum i. tranſibũt econtrario velocitate in tanto/ꝗ̃tum. i. ipſum. ʒ. qd̃ eſt in quo eſt. a. ſi fe ratur. Si igitur nullũ ſit coꝛpus in quo eſt. ʒ. adhuc velocius ptranſibit/q̃m ⁊ ſicut prius/ſʒ erat in quo eſt. i. Quare in ęquali tẽpoꝛe trãſibit qd̃ eſt plenum/ ⁊ vacuũ. Sʒ ĩpoſſibile eſt. ℄ Manifeſtũ eſt igit̃/ꝙ ſi fuerit aliqd̃ tempus in quo per vacuũ qd̃libet fer tur/accidet hoc ĩpoſſibile. In ęquali enim accipie tur/⁊ quod plenum eſt tranſire aliquod/ ⁊ vacuuʒ. Erit enim aliquod analogum coꝛpus alterũ ad al terum/vt tempus ad tempus. T.c.73

℄ Quia prędictã ↄcluſionẽ oñſiue ex principijs ſuppoſitis deduxerat: ne qua dubitatio oriat̃ de ꝓncipijs ꝓmiſſis: vt certioꝛ ſit ꝓceſſus: ꝓbat eandẽ cõcluſioneʒ deducẽdo ad ĩ poſſibile. Si.n dicatur ꝙ mot⁹ qui eſt p vacuũ hʒ aliquã ꝓportionẽ velocitatis, ad motũ q̃ eſt per plenũ. Ponatur ergo ꝙ ſpatiũ vacuũ ſit. ʒ. qd̃ quidẽ ſit ęq̃le ſm̃ magnitu dineʒ ſpatio. b. qd̃ eſt plenũ aqua: ⁊ ſpatio. d. qd̃ eſt plenuʒ aere. Si aũt dicat̃ ꝙ motus qui eſt per. ʒ. habeat aliquã ꝓ portionẽ ſm̃ velocitateʒ ad motũ qui eſt p. b. ⁊. d. opʒ di cere ꝙ motus q̃ eſt per. ʒ. qd̃ eſt vacuũ: ſit in aliquo deter minato tpe: q2 velocitates diſtinguũt̃ ſʒ quãtitates tẽpo rũ (vt ſupra dictũ eſt) Si ergo dicat̃, ꝙ mobile quod eſt. a. tranſeat p ſpatiũ vacuũ qd̃ eſt. ʒ. in aliquo tẽpoꝛe: ſit illud tẽpus. i. qd̃ opʒ eſſe minus q̃ʒ tẽpus. e. in quo pertrãſit ſpa tiũ. d. qd̃ eſt plenũ aere: ⁊ ſic hęc erit proportio motus per vacuũ ad motũ per plenũ: quę eſt ꝓportio temporis. e. ad tempus. i. ſed neceſſe erit ponere ꝙ in tanto tempoꝛe quã tum eſt. i. mobile quod eſt. a. pertrãſeat quoddã ſpatiũ ple nuʒ ſubtilioꝛi coꝛpoꝛe ipſo. d. Et hoc qdem ↄtinget ſi in ueniatur aliqd̃ coꝛpus qd̃ differat in ſubtilitate ab aere q̃ ponebatur ſpatium plenũ. d. ſm̃ illam ꝓportionem quam habet tẽpus. e. ad tempus. i. vtputa ſi dicat̃ illud coꝛp⁹ eẽ ignis quo ponat̃ plenũ ſpatiũ. ʒ. ſm̃ ꝙ prius ponebat̃ va cuum: q2 ſi coꝛp⁹ quo ponit̃ plenũ ſpatiũ. ʒ. eſt tãto ſubti lius coꝛpoꝛe quo ponitur plenũ ſpatium. d. quantũ tẽpus e. excedat i. ſequit̃ ꝙ mobile qd̃ eſt. a. ſi ferat̃ p. ʒ. qd̃ ẽ ſpa tiũ plenũ ſubtiliſſimo coꝛpoꝛe per. d. qd̃ eſt ſpatium plenũ aere: trãſibit per. ʒ. ecõuerſo ĩ maioꝛi velocitate in tãto tẽ poꝛe in quãto eſt minus. e. Si ergo nullũ coꝛp⁹ ſit in quo eſt. ʒ. ſed ponat̃ hoc ſpatiũ vacuũ: ſicut ⁊ ꝓmo: adhuc de bebit velocius moueri. Sed h̃ eſt cõtra id qd̃ fuit poſitũ. Poſitũ.n. erat ꝙ motus fieret per ſpatiũ. ʒ. qd̃ eſt vacuũ in tẽpoꝛe. i. ⁊ ſic eũ in tẽpoꝛe. i. trãſeat idẽ ſpatiũ cũ ẽ plenũ ſubtiliſſimo coꝛpoꝛe: ſequit̃ ꝙ ĩ eodẽ tẽpoꝛe trãſit idẽ mo bile vnũ ⁊ idẽ ſpatiũ: cũ eſt vacuũ: ⁊ cũ eſt plenum. Mani feſtũ eſt ergo ꝙ ſi fuerit aliqd̃ tps in quo mobile ferat̃ p quodcunqʒ ſpatiũ vacuũ ſequet̃ hoc impoſſibile ꝙ in ęq̃ li tẽpoꝛe tranſibit plenũ ⁊ vacuũ: q2 erit accipere aliquod coꝛpus qd̃ habebit proportionẽ ad aliud coꝛpus: ſicut ha bet proportionẽ tẽpus ad tempus. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Demõſtratio ducẽs ad ĩpoſſ̃e, ꝓbãs ñ eẽ poſſibile, ꝓpoꝛ tionẽ eſſe inter motũ qui fit per vacuũ ⁊ qui fit p plenuʒ.



Argu. ¶ Ut in ſūma aūt dicā/manifeſta ē huiuſce cā acci-dētis. Nā mot⁹ qdē ois ad motū ē rō(eſt.n.i tpe) ⁊ ois tpis/itez ad tempus: modo ſint ambo finita. Sed vacui ad plenum/nulla prorſus eſſe rō pōt.

¶ Sz ſicut in caplo eſt dicere/palā accidētis cā eſt: q2 mot⁹ qdē ad motū/ois ꝓportio eſt(in tempore enim eſt)temporis autem ois/eſt ad tempus/ fini-tis vtriſqz. Uacui autem ad plenum/non eſt.

¶ Sūmariē colligit ea i qb⁹ vtrūqz ꝯſiſtit ꝑmiſſe rōnis: ⁊ di cit q ſicut ꝯtigit recapitulādo dicē: manifeſta ē cā,q̄re ꝑdi ctū incōueniēs accidat: q. ſ. qlibet mot⁹ eſt ꝓportionatus cuilibet motui ſm velocitatē: q2 ois mot⁹ eſt in tpe: ⁊ q̄li bet duo tēpora ſi ſint finita habēt ꝓportionē adiuicē: ſed vacui ad plenū nō ē ꝓportio(vt ꝓbatū eſt) Unā ſi ponatur mot⁹ fieri per vacuū,neceſſe eſt,q ſequatur inconueniēs.

Argu. ¶ Hęc igitur eueniunt ob eorū differentiā/per quę corpora motu cientur.

¶ Secundum quidem igitur q differunt per quę fe runtur: hęc contingunt.

¶ Ultimo aūt epilogās ꝯcludit,q ꝑdicta incōueniētia acci dūt: ſi accipiant diuerſę velocitates motuū,ſz diuā medio rū. ¶ Sed ꝯ hanc rōnē Ariſt. inſurgūt plures difficulta-

Q̄ꝰ pª. tes. Quaꝝ qdē pª eſt,q nō vr̄ ſeq q ſi fiat mot⁹ p vacuū: q nō hz ꝓportionē i velocitate ad motū q fit p plenū. Quili bet.n.mot⁹ hz determinatā velocitatē ex ꝓportione potē tię motoris ad mobile: etiā ſi nullū fit īpedimētū. Et hͦ pz p exēplū ⁊ p rōnē. Per exēplū qdē i corpib⁹ cęleſtib⁹: quoꝝ mot⁹ a nullo īpedit: ⁊ tñ coꝝ ē determinata velocitas ſz determinatū tp̄s. Per rōnē aūt: q2 ex hͦ ipo q i magnitudi ne p quā fit mot⁹ ē accipe ꝓus ⁊ poſteri⁹: ꝓus ⁊ poſteri⁹ ē i motu: ex q̄ ſeqr motū eē i determinato tpe. Sz veꝝ ē q huic velocitati pōt aliqd ſubtrahi ex aliq̄ īpediēte: nō igr opz q ꝓportio mot⁹ ad motū i velocitate ſit ſicut ꝓportio īpedimēti ad īpedimētū: ita q ſi nō ſit aliqd īpedimētū: q mot⁹ fiat i nō tpe. Sz opz q ſz ꝓportionē īpedimenti ad īpedimētū,ſic ꝓportio retardatiōis ad retardationē. vn̄ po ſito q mot⁹ ſit p vacuū: ſeqr q nulla retardatio accidat. ſ. velocitatē nālē: ⁊ nō ſeqr q mot⁹ q ē p vacuū nō hēat ꝓ portionē ad motū q ſit p plenū. ¶ Huic aūt ob̄oni Auer. i cōmēto ſuo reſiſtere conat. Et pͦ. qdē conat oſidere hanc

So. pma. Auerro. c. 71.

ob̄onē ex falſa imaginatiōe ꝓcedē. Dicit.n. q ponētes ꝑdi ctā ob̄onē,imaginat additionē i tarditate mot⁹ fieri,ſic fit additio i magnitudine lineę: q ps addita ſit alia a pte,cui addit. Ita.n.vr̄ ꝑdicta ob̄o ꝓcedere,ac ſi tardatio hac p hͦ q aliqs mot⁹ addat alteri motui: ita q ſubtracto illo mo tu addito p īpedimētū retardās: remaneat q̄ntitas motus nāl. Sz hͦ dic ñ eē ſile: q2 cū retardat mot⁹: qlz ps mot⁹ fit tardior: ñ aūt qlz ps lineę,fit maior. Deiñ oñdē nitit: q̄ rō Aꝝ. necitatē hēat. ⁊ dic,q velocitas vel tarditas mot⁹ cō ſurgit qdē ex ꝓportiōe motor⁹ ad mobile. Sz opz mobi le eē aliq̄ mō reſiſtēs motori: ſic patiēs q̄dāmō ē ꝯtrū agēti q̄ qdē reſiſtētia pōt eē ex trib⁹. Pͦo qdē ex ipſo ſitu mobi lis. ex hͦ.n. ipo q mouēs itēdit traſferre mobile ad aliqd vbi: ipz mobile i alio vbi exñs repugnat itētioni motoris. Scdō ex nā mobilis: ſic appet i motib⁹ violētis: vt cū gra ue ꝓijcit ſurſū. 3° ex pte medij. Ois.n. hͦ tria accipiēda ſūt ſil',vt vnū reſiſtēs,ad hͦ q cauſet vna cā tarditatis i motu. Qñ igit mobile ſeorſuz ꝯſideratū,ſz q differt a mouēte ē aliqd ens actu: pōt iueniri reſiſtētia mobilis ad motorē: vel ex pte mobilis tm̄: ſic accidit i corpib⁹ cęleſtib⁹. vel ex pte mobilis ⁊ medij ſil': ſic accidit i corpib⁹ aiatis: q̄ ſūt h. Sz i grauib⁹ ⁊ leuib⁹ ſubtracto eo qd mobile hz a mouē-te. ſ. forma q̄ ē ꝑnᵐ mot⁹: quā dat generās qd ē mouēs: nō remanet niſi mā: ex cui⁹ pte nulla reſiſtētia pōt ꝯſiderari ad mouēs. vn̄ reliqt i talib⁹ ſola reſiſtētia ex parte medij: Sic igit i corpib⁹ cęleſtib⁹ eſt diūa velocitatis ſolū ſm ꝓpor-tionē motoris ad mobile. In corpib⁹ vͦo aiatis ſm ꝓpor-tionē motoris ad mobile ⁊ ad mediū reſiſtēs ſ. ſimul: ⁊ i ta-lib⁹ ꝓcederet obiectio ꝑdicta: q remota retardatione q̄ ē ex pte medij īpediētis: adhuc remanet determinata q̄ntitas tpis i motu ſm ꝓportionē motoris ad mobile. Sz i gra-uib⁹ ⁊ leuib⁹,nō pōt eē retardatio velocitatis niſi ſm reſi ſtētiā medij: ⁊ i talib⁹ ꝓcedit rō Aꝝ. ¶ Sz hͦ omīo vident eē friuola. Pͦo qdē,q2 lz q̄ntitas tarditatis ñ ſit ſz modū q̄ntitatis ꝯtinuę: vt addat mot⁹ motui: ſz ſm modū q̄ntita tis itēſiuę,ſic cū aliqd eſt altero albi⁹: tñ q̄ntitas tpis ex q̄. Ariſt. argumētat: ē ſm modū q̄ntitatis continuę: ⁊ ſit tp̄s mai⁹ p additionē tpis ad tp̄s. Un̄ ſubtracto tēpore qd ad dit ex īpediēte: remanet tp̄s nālis velocitatis. ¶ Deide q2 i grauib⁹ ⁊ leuib⁹ remota forma quā dat generās, rema-net p itellectū corp⁹ q̄ntū: ⁊ ex hͦ ipſo q q̄ntū ē in oppoſito ſitu exñs: hz reſiſtētiā ad motorē. Nō.n.pōt intelligi alia reſiſtētia i corpib⁹ cęleſtib⁹ ad ſuos motores. vnde nec ēt i grauib⁹ ⁊ leuib⁹ ſequet rō Aꝝ. ſz q ipſe dic. ¶ Et idō meli⁹ ⁊ breui⁹ dicēdū ē: q rō Aꝝ. iducta ē cō ad ꝯdicendū poſitioni: ⁊ ñ rō demōſtratiua ſimplr. Ponētes aūt vacuū hac de cā ipz ponebāt: vt ñ īpediret mot⁹. ⁊ ſic ſm eos cā mot⁹ erat ex pte medij: qd ñ īpedit motū. Et idō ꝯ eos Aꝝ. argumētat: ac ſi tota cā velocitatis ⁊ tarditatis eēt ex pte medij. Sicut ēt ⁊ ſupra euidēter hoc oſtēdit dicēs: q ſi nā eſt cā motus ſimpliciū corpoꝝ: non opz ponere vacuū: vt cā mot⁹ coꝝ. p qd dat itelligere q totā cām mot⁹ pone-bāt ex pte medij: ⁊ nō ex nā mobilis. ¶ Secūda aūt dubi-tatio ꝯ rōnē ꝑdictā ē: q2 ſi mediū qd eſt plenū īpedit(vt ipſe dicit) ſequit q nō ſit i hͦ medio iferiori, aliqs mot⁹ pur⁹ nō īpedit⁹: qd vr̄ icōueniēs. ¶ Et ad hͦ Cōmentator ꝑdict⁹ rn̄det: q hͦ īpedimētū qd ē ex medio reqrit motus nālis grauiū ⁊ leuiū: vt poſſit eē reſiſtētia mobilis ad mo-torē: ſaltē ex pte medij. ¶ Sz meli⁹ dicēdū ē,q ois mot⁹ nālis icipit a loco nō nāli: ⁊ tēdit i locū nālez. vn̄ q̄diu ad locū nālez ꝑueniat,nō ē incōueniēs ſi aliqd nō nāle ei ꝯiun gat. Paulatiz.n.recedit ab eo qd ē ꝯ nām: ⁊ tēdit in id qd eſt ſm nām. ⁊ pp hͦ mot⁹ nālis in fine intendit. ¶ Tertia obiectio eſt: q2 cū in corpib⁹ nālibus ſit determinat⁹ termi nus raritatis: nō videt q ſemp ſit accipe corp⁹ rari⁹: ⁊ ra-rius: ſm quālibet ꝓportionē tpis ad tp̄s ¶ Sz dicendū ē q lz ſit determinata raritas in rebus nālibus: nō tñ hoc

Impro ba. ſolu. Auer.

Solutio vera.

Solutio. Auerro. c. 71.

So. 2.

Rō. 3.

So. pma.

eſt ex natura corporis mobilis inquantũ eſt mobile: ſed ex natura determinatarũ formarũ que requirũt determinatas raritates vel dẽſitates. In h̃ aũt libro agit̃ de corpore mobili cõmuni. Et ideo frequẽter vtit̃ Ariſto. in hoc libro in ſuis rõnib⁹ quibuſdã que ſunt falſa ſi cõſiderent̃ nãe determinatꝫ corporꝫ: poſſibilia aũt: ſi cõſideret̃ natura corporis in cõmuni. Uel põt dici ꝙ hic etiã ꝓcedit ſm opinionem antiquorũ phoꝝ: qui ponebãt rarũ ⁊ denſum prima principia formalia: ſm quos raritas ⁊ denſitas in infinitũ augeri poterãt: cũ nõ ſequerent̃ alias priores formas ſm quarum exigentiã determinarentur. ¶ Deinde cum dicit.

So. ſcda

Argũ. ¶ Eoꝝ ãt q̃ ferũt̃ exceſſu/eueniũt hec. Cernim⁹. n. ea corporũ q̃ plus aut grauitatis aut leuitatis hñt momẽti: mõ eadẽ ipſis ĩſit figura/celeri⁹ p ẽq̃le ſpatiũ ferri/eaqꝫ rõne quã iter ſeſe hñt. Quare ⁊ p vacuũ ita ferẽt̃. At fieri ꝓfecto neqt. Quã eni ob cãꝫ celeri⁹ mouebunt̃? In plenis enim id neceſſario fit. Mai⁹. n. celeri⁹ vi ſua/mediũ diuidit. Nã id qđ fertur/aut ẽ iactũ/figura diuidit/ aut momẽto qđ hꝫ. Aequalis igit̃ celeritatis oĩa erunt. At fieri neqt.

¶ Secundũ aũt hoꝝ que ferunt̃ excellẽtiã hec ſunt. Uidem⁹ enim maiorẽ iclinationẽ habẽtia/ aut grauitatis/aut leuitatis/ſi alia ſilr ſe habent figuris/ citius lata per ẽquale ſpatiũ finitũ: ⁊ ſm rõnẽ quam habẽt magnitudines adinuicem. Quare ⁊ per vacuũ. Sed ipoſſe eſt. Propter quam enim cãm fert̃ velocius. In plenis quidẽ enim ex neceſſitate. Uelocius enim diuidit ex fortitudine/maius. Aut eniꝫ figura diuidit: aut inclinatione quam habet/ quod fertur: aut proiectum. Aeque velocia ergo omnia erunt. Sed impoſſibile eſt.

¶ Oñdit nõ eẽ vacuũ ſepatũ ex velocitate ⁊ tarditate motus: ſm ꝙ oĩno cã ſumit̃ ex parte mobilis. ⁊ dicit ꝙ hec q̃ dicẽt̃, ꝯſequẽt̃ ſi ꝯſideret̃ dr̃ia velocitatis ⁊ tarditatis ſm ꝙ mobilia que ferunt̃ ſe inuicẽ excellũt: qꝛ videmus ꝙ per ẽquale ſpatiũ finitũ, citi⁹ ferunt̃ ea que hñt maiorẽ iclinationẽ: aut ſm grauitatẽ: aut ſꝫ leuitatẽ: ſiue ſint maiora in quãtitate: ẽqualiter grauia, vel leuia exiſtẽtia: ſiue ſint ẽq̃lia i quãtitate: ⁊ ſint magis grauia vel leuia. Hoc dico ſi ſimiliter ſe hꝫ ſm figuras: nã corpus latũ tardius mouet̃ ſi deficiat i grauitate vel magnitudine, q̃ꝫ corpus acute figure: ⁊ ſm ꝓportionẽ quã hñt magnitudines motẽ adinuicẽ: vel i grauitate: vel in magnitudine eſt ꝓportio velocitatis vñ ⁊ oportebit ita eẽ. ẽt ſi ſit mot⁹ per vacuũ ſm ꝙ corp⁹ graui⁹ ſeu leuius aut magis acutũ velocius ferat̃ per mediũ. Sꝫ hoc nõ põt eſſe: qꝛ nõ eſt aſſignare aliquaꝫ cãm pp quã vnũ corp⁹ alio velocius ferat̃. Si. n. motus fiat p ſpatiũ plenũ aliq̃ corpe: põt aſſignari cã maioris vel minoris velocitatis. ſm aliquã p̃dictarũ cãrum. h. n. eſt: qꝛ illud qđ mouetur maius exiſtẽs: ex ſua fortitudine veloci⁹ diuidit mediũ: vel ꝓpter aptitudinẽ figure: qꝛ acutũ eſt penetrabilius: aut pp iclinationẽ maiorẽ quã hꝫ. vel ex grauitate: vel ex leuitate: vel ẽt pp violẽtiã ꝓhibẽtis. Uacuũ aũt diuidi nõ põt citi⁹ vel tardi⁹. vñ ſequet̃ ꝙ oĩa ẽq̃li velocitate mouebunt̃ per vacuũ. Sed hoc manifeſte apparet ipoſſibile. Patet igit̃ ex velocitate motus ꝙ vacuũ nõ eſt. ¶ Attendendũ eſt etiã ꝙ in proceſſu hui⁹ rationis eſt ſimilis difficultas ſicut in prima. Uidet̃ eniꝫ ſupponere ꝙ differentia velocitatis in motibus, nõ ſit niſi propter differentiaꝫ diuiſionis medij cum tamẽ in corporibus celeſtibus ſint diuerſe velocitates in quibus nõ eſt aliquod plenum mediũ reſiſtẽs qđ diuidi oporteat p motuꝫ corporis celeſtis. Sꝫ ſoluenda eſt hec dubitatio ſicut ⁊ prius.

¶ Pꝫ igit̃ ex hiſce q̃ dixim⁹ ſi vacuũ ſit ꝯtrariũ illi⁹ accidere/pp qđ vacuũ eẽ ꝓbãt q ipꝫ aſſerũt eẽ. Hi nãqꝫ ſi motus his erit qui loco accõmodat̃: vacuũ ſeparatum per ſe eſſe putant. Hoc autẽ perinde eſt/ atqꝫ ſi ſeparatũ quid locũ aſſerunt eſſe. Quod quidem eſſe non poſſe/prius eſt demonſtratum. Argũ.

¶ Quod qdem igit̃/ſi vacuũ ſit: accidat ꝯtrariuꝫ. q̃ꝫ pp qđ ꝓbant eẽ vacuuꝫ/manifeſtũ ex dictis eſt. Hi igitur opinantur vacuum eſſe: ſi erit ſm locuꝫ motus/diſcretum ſm ſe. Hoc autem idem eſt ei qđ eſt dicere/locum eſſe aliquod ſeparatum. Sed hoc qđ ſit impoſſibile eſſe: dictum eſt prius. T.c.75

¶ Ultimo aũt ibi epilogãdo cõcludit manifeſtũ eſſe ex dictis, ꝙ ſi ponat̃ vacuũ eẽ: accidit ꝯtrariũ ei⁹, qđ ſupponebãt ꝓbãtes eſſe vacuũ. Illi eni ꝓcedebãt, ac ſi motus eſſe non poſſit, ſi vacuũ nõ ſit: ſed oñſum eſt ꝯtrariũ. ſ. ſi vacuũ ſit: ꝙ motus nõ eſt. Si igitur premiſſi phi opinantur vacuũ eſſe quoddaꝫ diſcretuꝫ ⁊ ſeparatum ſm ſe. ſ. quoddã ſpatium habens dimẽſiones ſeparatas: ⁊ hmõi vacuuꝫ opinant̃ neceſſe eſſe ponere, ſi ſit motus ſm locuꝫ, aut vacuũ ſeparatũ qđ idẽ eſt, ꝙ dicere locũ eſſe quoddam ſpatiuꝫ diſtinctũ a corporibus: quod eſt impoſſibile (vt ſupra oſtenſuꝫ eſt in tractatu de loco.) Lectio. xiij.

¶ At võ ſi p ſe quoqꝫ ipꝫ ꝯſiderabimus vanũ id qđ vacuũ dr̃ atqꝫ inane/vere videbit̃. Nã vt ſi in aqua qſpiã cubũ poſuerit: tm̃ aque cedet q̃ꝫtus ẽ ipſe cubus/ſic ⁊ in aere fiet/ſꝫ ſenſu nõ pꝫ. Et ſemp oẽ corpus qđ ferri põt ad id ad qđ aptũ eſt ferri (niſi denſet̃) aut ad ĩfera ſi ſit terra: aut ad ſupera ſi ſit ignis: aut ad vtraqꝫ ferat̃ cedẽdo neceſſe eſt/ſiue cub⁹/ſiue qđuis aliud in ipſo corp⁹ ponat̃ qđ ferri põt/ ad id qđ eſt aptũ ferri: niſi denſet̃. Ad hoc qdem in vacuo fieri neqt/qppe cũ nõ ſit corpus. Cubũ autem ẽquale vacui ſpatiũ penetraſſe videbit̃/ ꝑinde atqꝫ ſi aqua ligneo cubo non cederet: neqꝫ aer: ſed ipſum oĩa penetrarẽt. Atq cubus ẽt tantã magnitudineꝫ hꝫ/q̃ꝫta eſt ea vacui/q̃ occupat̃ ab ipſo. Que etſi calida eſt/aut frigida/ ⁊ grauis/aut leuis/non min⁹ tñ ob hoc rõne ab vniuerſis affectibus eſt diuerſa/ ẽt ſi nõ ab illis ſit ſeparabilis. Dico autẽ ipſaꝫ lignei cubi molẽ. Quare ẽt ſi ab illis oĩbus fuerit ſeparata: ⁊ neqꝫ grauis fuerit neqꝫ leuis/ ẽquale ſibi ſpatiũ occupabit/in eadẽqꝫ loci vacuiue ꝑte ſibi ẽquali erit/vt pꝫ. Qñ igit̃ cubi moles ab ẽquali vacuo differet/atqꝫ loco? Et ſi due tales ſimul fuerint moles/cur ⁊ quotquot volueris in eodem non erunt? Unũ igitur hoc abſurduꝫ ac impoſſibile ſequitur. Argũ.

ET per ſe autem conſiderãtibus/ videbit̃ vtiqꝫ dictũ vacuum: ſicut vere vacuum. Sicut. n. in aqua ſi ponat aliqs cubum/ diſtabit tãta aqua quantus eſt cubus/ ſic eſt etiaꝫ in aere/ſed ſenſui imanifeſtum eſt. Et ſemp igitur in oĩ corpore habẽti traſmutationẽ ad qđ/eſt aptũ natũ mutari: neceſſe eſt (niſi coeat) traſmutari/aut deorſum ſemp (ſi deorſum eſt motus) ſicut eſt T.c.76

¶ Manifeſtat duo que ſupra dixerat: quoꝝ pᵐ fuit, ꝙ iter duo pũcta ſit linea media: ꝛ inter duo nũc, tps. Et hꝰ manifeſtat ſic. Si ſũt duo pũcta, opꝫ ꝙ differãt ſm ſitũ: alias nõ eſſent duo, ſed vnũ: nõ .n. pñt ſe ꝯtingere (vt ſupra dictum eſt) Unũ relinquit̃ ꝙ diſtẽt: ꝛ ſit aliqd mediũ iter ea. Sꝫ nullũ aliud mediũ põt eẽ iter ea q̃ꝫ linea iter pũcta: ꝛ tps iter nũc. Qd ſic ꝓbat: qꝛ ſi iter pũcta eẽt aliud mediũ q̃ꝫ linea: illud mediũ eẽt idiuiſibile: aut diuiſibile. Si aũt ſit idiuiſibile: opꝫ ꝙ ſit diſtinctũ ab vtroqꝫ in ſitu. ꝛ cũ nõ tãgat: opꝫ iteꝝ ꝙ ſit aliqd alteꝝ mediũ iter idiuiſibile, qd ponit̃ mediũ, ꝛ extrema, ꝛ ſic in ĩfinitũ: qd eſt incõueniẽs. niſi ponat̃ mediũ diuiſibile. Si aũt mediũ duoꝝ pũctoꝝ fuerit diuiſibile: aut erit diuiſibile ĩ idiuiſibilia, aut ĩ ſp diuiſibilia. Sꝫ nõ põt dici ꝙ diuidat̃ ĩ idiuiſibilia: qꝛ tũc redibit eadẽ difficultas, quõ ex idiuiſibilibꝰ poſſit cõponi diuiſibile. Relinquit̃ igit̃ ꝙ illud mediũ ſit diuiſibile in ſp diuiſibilia. Sꝫ hec ẽ rõ ꝯtinui: ergo illud mediũ erit qddã ꝯtinuũ. Nullũ aũt aliud ꝯtinuũ põt eẽ mediũ iter duo pũcta q̃ꝫ linea: ergo inter qlibet duo pũcta, ẽ linea media. Et eadẽ rõne iter qlibet duo nũc: tps. Et ſilr in alijs ꝯtinuis. ¶ Scdo ibi.

¶ Pꝫ aũt/ ꝛ oẽ ꝯtinuũ in ſemper diuiſibilia diuiſibile eẽ. Si .n. in idiuiſibilia diuidetur idiuiſibile/nimirũ indiuiſibile tanget. Continuoꝝ eni vltimũ vnuꝫ eſt: ꝛ ea ſe tangunt/ex qbus continuum conſtat. Argu.

¶ Manifeſtũ aũt/ ꝛ ꝙ omne continuũ diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Si .n. in idiuiſibilia diuideretur ꝯtinuum. eſſet idiuiſibile/idiuiſibili contactuꝫ/vnũ enim vltimum/ ꝛ que tangunt̃/continuorum eſt.

¶ Manifeſtat ſecundũ qd ſuppoſuerat. ſ. ꝙ oẽ ꝯtinuuꝫ ſit diuiſibile in diuiſibilia: qꝛ ſi daret̃ ꝙ ꝯtinuum ẽ diuiſibile eſſet i indiuiſibilia. ſequeret̃ ꝙ duo idiuiſibilia ſe ꝯtingerent, ad hoc ꝙ poſſint ꝯſtituere ꝯtinuum: opꝫ enim ꝙ ꝯtinuorum ſit vnũ vltimũ (vt ex diffinitione eius apparet) ꝛ ꝙ partes ꝯtinui ſe tangãt: qꝛ ſi vltima ſunt vnũ, ſequitur ꝙ ſint ſimul (vt in quto dictum eſt) Cum igitur ſit impoſſibile, duo indiuiſibilia ſe ꝯtingere: impoſſibile eſt, ꝙ continuum in indiuiſibilia diuidatur. Lec. ij.

Argu. ¶ Eiuſdẽ aũt rõnis eſt ſane/magnitudinẽ/ ꝛ tps/ac motũ ex idiuiſibilibus cõſtare/ ꝛ ĩ idiuiſibilia diuidi. aut nihil horum hanc conditionem ſubire.

T.c.4. Eiuſdem autem rationis eſt/ ꝛ magnitudinem/ ꝛ tempus/ ꝛ motum ex idiuiſibilibus componi/ ꝛ diuidi in indiuiſibilia: aut nihil.

Quia rõnes ſupra poſite manifeſtiores ſunt in linea, ꝛ alijs ꝯtinuis q̃ꝫtitatibus poſitionẽ hñtibꝰ. in quibus ꝓprie inuenit̃ ꝯtactus: voluit hic oſtẽdere ꝙ eadem rõ eſt de magnitudine, tpe, ꝛ motu. Et diuidit̃ in partes duas. Primo ꝓponit intentũ. Scdo ꝓbat ꝓpoſitũ ibi [Manifeſtũ aũt ex his.] Dicit ergo primo, ꝙ eiuſdẽ rõnis eſt, ꝙ magnitudo, ꝛ tps, ꝛ motus cõponant̃ ex indiuiſibilibus, ꝛ diuidant̃ in idiuiſibilia: vel nihil hoꝝ: qꝛ qcquid dabit̃ de vno: ex neceſſitate ſequet̃ de alio. ¶ Secundo ibi. T.c.5.

¶ Quod qdem ex hiſce patebit. nã ſi magnitudo ex indiuiſibilibus conſtat/motus quoqꝫ qui ſuper illa ſit magnitudine/ex equalibus motibus idiuiſibilibus profecto conſtabit. Argu.

¶ Manifeſtuꝫ eſt autem ex his. ſi enim magnitudo ex idiuiſibilibus componitur. ꝛ motus qui huius/ ex equalibus erit motibus indiuiſibilibus. T.c.5.

¶ Probat ꝓpoſitū. Et pᵒ q̄ſtum ad magnitudinē ⁊ motū. Scd̄o q̄ſtū ad tp̄s ⁊ magnitudinē. ibi [Similiter aūt neceſſe.] Circa pᵐ tria facit. Pⁱo ponit ꝓpoſitū. Scd̄o exēplificat ibi [Ut ſi ipſa. a. b. c. ⁊c̄.] Tertio ꝓbat ibi [Si igitur p̄ſītis motᵒ.] Propoſitū ē iſtud. Si magnitudo ex idiuiſibilibᵒ cōponit̄: ⁊ motus q̄ trāſit p magnitudinē, cōponet̄, ex idiuiſibilibus motibus ęqualibus numero, indiuiſibilibus, ex q̄bus cōponit̄ magnitudo. ¶ Scd̄o ibi.

T. 10.

infra T. 6.


Argū. ¶ Ceu ſi. a. b. c. magnitudo ex idiuiſibilibus ꝯſtat. a. ⁊. b. atq̄ȝ. c. motus quoq̄ȝ. d. e. f. quo mobile. p. ſup a. b. c. dimenſione eſt motuȝ / vnāquāq̄ȝ ſui partem d. inq̄ȝ ⁊. e. atq̄ȝ. f. indiuiſibilem habet.

¶ Ut ſi ipſa. a. b. c. ex. a. b. c. ex idiuiſibilibus / motus in quo. d. e. ȝ. ſm quē motum eſt ipm̄. o. in ſpatio qd̄ eſt. a. b. c. vnāquāq̄ȝ partem habet indiuiſibilem.

¶ Exemplificat aūt ſic. Sit linea. a. b. c. quę cōponat̄ ex tribus idiuiſibilibus: quę ſunt. a. ⁊. b. ⁊. c. ⁊ ſit. o. mobile qd̄ mouetur in ſpatio lineę. a. b. c. ⁊ motus eiᵒ ſit. d. e. ȝ. oportebit, ꝙ ſi partes ſpatij vel lineę ſint indiuiſibiles: ꝙ etiaȝ partes p̄dicti motus ſint indiuiſibiles. ¶ Tertio ibi.

¶ Demonſtratio ꝓbans, ꝙ partes motus correſpondent, partibus magnitudinis.

Motus.



Argū. ¶ Qd̄ ſi p̄ſente motu / neceſſe eſt quippiaȝ moueri: ⁊ ſi quippiā mouet̄: neceſſe eſt motū p̄ſenteȝ eſſe / moueri et ipm̄ ex idiuiſibilibus ſane conſtabit. igit̄ p. motū eſt p. a. quideȝ motu. d. per. b. vero motu. e. ⁊ per. c. partem motu ſimiliter. f.

T. c. 6. ¶ Si igitur p̄ſentis motus / neceſſe moueri / per aliquam partē. ⁊ ſi moueatur aliquid: adeſſe motum / ⁊ mouere / erit ex idiuiſibilibus. Secūdum igitur a. motum / eſſe ipſum. c. motu quo. d. mouetur / ſm vero. b. quo ipſum. e. ⁊ ſm. c. quo ipſum. ȝ.

¶ Probat ꝓpoᵐ. Et circa h̄ tria facit. Pⁱo p̄mittit q̄dā neceſſaria ad ꝓpoſiti ꝓbationē. Scd̄o ꝓbat ꝙ ſi magnitudo cōponit̄ ex p̄ūctis: ꝙ motᵒ cōponit̄ nō ex motibᵒ: ſȝ ex momētis. ibi [Scd̄ȝ.] Tertio oñdit eē ipoſſe, ꝙ motus cōponat̄ ex momētis, ibi [Et motum eē aliq̄d.] P̄mittit ḡ p̄ duo. Primū ē, ꝙ ſȝ q̄ſcūq̄ p̄tē p̄ſītis motᵒ neċe ē aliq̄d moueri: ⁊ ꝯ̄ ſi aliq̄d mouet̄. neċe ē ꝙ adſit ſibi aliq̄s motus. Et ſi h̄ ē veȝ opȝ ꝙ mobile. o. moueat̄ p. a. qd̄ ē ps totius magnitudis, ſȝ p̄tē motᵒ q̄ ē. d. ⁊ ſȝ. b. aliā p̄tē magnitudis moueat̄ alia pte motᵒ q̄ ē. e. ⁊ ſȝ. c. tertiā p̄tē magnitudis, moueat̄ tertia pte motᵒ q̄ ē. ȝ. ita ꝙ ſingule ptes motᵒ, r̄ñdeāt ſingulis p̄tibᵒ magnitudinis. ¶ Scd̄ȝ ꝓponit ibi.

2ᵒ 7.
2ᵒ 8.

Argū. ¶ At vero fieri pōt / vt id qd̄ ad locū ex loco mouet̄ / ſimul moueat̄ atq̄ȝ ſit motuȝ ad euȝ locum / ad quem mouebat̄ / cū mouebat̄. Si enim q̄ſpiā Thebas petit: ipoſſibile eſt Thebas cū petere / ſimul ⁊ petiſſe.

¶ Si igitur neceſſe eſt qd̄ mouet̄ vnde ⁊ vbi: non ſimul moueri ⁊ motum eſſe quo mouit quādo mouit (vt ſi Thebas aliquis it / ipoſſibile eſt ſimul ire Thebas / ⁊ itum eſſe Thebas. T. c. 7.

¶ Et dicit, ꝙ neceſſe ē id qd̄ mouet̄ ab vno termino i aliū, nō ſimul moueri, ⁊ motū eē inquātū mouet̄, ⁊ q̄ñ mouet̄ ſicut ſi aliq̄s vadit Thebas: ipoſſe eſt hęc duo ſimul eē. ſ. ire Thebas: ⁊ itū eē Thebas. Hęc aūt duo ſupponit q̄ſi p ſe manifeſta. Nā qd̄ neceſſe ſit moueri ad p̄ſītiaȝ motᵒ: appet et in oibᵒ accīntibᵒ ⁊ formis: q2 ad h̄ ꝙ aliq̄d ſit albū: neċe eſt hr̄e albedinē: ⁊ ecōtra: ſi albedo adē: neceſſe ē ꝙ ſit albū. Qȝ vero nō ſil' ſit moueri, ⁊ motū eſſe: apparet ex ipſa motus ſucceſſione: q2 ipoſſe eſt aliq̄ duo tp̄a ſimul eſſe: (vt in quarto habitū eſt) vnde ipoſſe eſt, ꝙ ſimul ſit motum eſſe, qd̄ eſt terminus motus: cū ipſo moueri. ¶ Scd̄o ibi.

¶ At p. a. partē parte vacātē / cui. d. motᵒ aderat. p. mobile mouebat̄. Quare ſi antea q̄dē trāſibat: poſtea vero trāſiuit / motᵒ. d. diuiſibilis erit. Cuȝ enim trāſibat / neq̄ȝ q̄ſcebat / neq̄ȝ trāſierat / ſed i medio nimirum erat. Sin vero ſil' trāſit atq̄ȝ trāſiuit / id ſane qd̄ ꝓficiſcit̄ cū ꝓficiſcit̄ / eo ꝓfectū ac motuȝ ē / quo ꝓficiſcit̄ atq̄ȝ mouet̄. Quod ſi per totaȝ q̄dem. a. b. c. magnitudinē. p. mouet̄ / motuſq̄ȝ quo per illā mouetur eſt. d. e. f. per partem autem. a. partem vacantem / non mouet̄: ſed motum eſt. motus profecto nō ex motibus / ſed ex momentis conſtabit. Ar

¶ Scd̄m. a. igit̄ ipartibile / motū eſt ipſum. o. ſm qd̄ ipm̄. d. motᵒ / aderat. Quare ſi poſteriᵒ q̄dē deuenerit q̄ȝ venit / diuiſibile vtiq̄ȝ erit. Cum. a. enim veniret: neq̄ȝ q̄ſcebat / neq̄ȝ trāſierat / ſed in medio erat. Si aūt ſimul venerit / ⁊ venit veniēs / cū venit: ventum ibi erit: ⁊ motū eſſe / vbi mouet̄. ¶ Si vero ſm totū. a. b. c. moueat̄ aliq̄d: ⁊ motus quo mouet̄. d. e. ȝ. eſt / ſm aūt ipartibile a. nihil mouet̄ / ſed motum eſt / erit vtiq̄ȝ motus nō ex motibᵒ / ſed ex momētis. T. c. 8

¶ Probat ꝓpoᵐ ex p̄miſſis. Si. n. p̄ſīte aliq̄ pte motᵒ, neċe ē aliq̄d moueri: ⁊ ſi mouet̄ neċe ē adeſſe motū. Si mobile qd̄ e. o. mouet̄ ſȝ ipartibilē p̄tē magnitudis, q̄ ē. a. opȝ ꝙ adſit ei aliq̄s motᵒ, q ē. d. Aut ḡ. o. ſil' mouet̄ p. a. ⁊ motū ē: aut nō ſil'. Si aūt nō ſil' ſȝ poſterius deuenerit q̄ȝ venit. i. ſȝ poſteriᵒ motū ē q̄ȝ mouet̄: ſeq̄t̄ ꝙ. a. ſit diuiſibilis: q2 cū veniret. i. dū erat i ipo moueri: neq̄ȝ q̄ſcebat i. a. q̄ete. ſ. p̄cedēte motū: neq̄ȝ tranſierat totū ipm̄. a. q2 iā nō moueret̄ p a. nihil. n. mouet̄ p ſpatiū p qd̄ iā ptrāſiuit ſȝ opȝ ꝙ medio mō ſe hēat: ḡ cū mouet̄ p. a. p̄tē eiᵒ trāſiuit iā: ⁊ i pte eiᵒ adhuc manet: ⁊ ita ſeq̄t̄ ꝙ. a. ſit diuiſibilis: qd̄ ē ꝯ̄ poſitū. Si vero ſil' venerit ⁊ venit. i. ſi ſil' motū ē ⁊ mouet̄ p. a. ſequit̄ ꝙ cū veniēs venit: erit ibi vētū: ⁊ erit motū vbi mouet̄: qd̄ ē ꝯ̄ ſcd̄aȝ ſuppoſitionē. Sic igit̄ pȝ, ꝙ ſȝ ipartibilē magnitudinē nō pōt aliq̄d moueri: q2 vel opȝ ꝙ ſil' eēt moueri ⁊ motū eē: vl' q magnitudo diuideret̄. Suppoſito ḡ ꝙ p. a. ipartibile, nihil moueri poſſit: ſi aliq̄s dicat ꝙ mobile mouet̄ p totā magnitudinē q̄ ē. a. b. c. ⁊ motᵒ totᵒ q̄ p eā mouet̄ ē. d. e. ȝ. ita ꝙ ſȝ. a. ipartibile nihil moueat̄: ſȝ tm̄ motū ſit: ſeq̄t̄ ꝙ motᵒ nō ſit ex motibᵒ: ſȝ ex momētī. Jō aūt ſequit̄ ꝙ nō ſit ex motibᵒ: q2 cū ps motᵒ q ē. o. r̄ñdeat parti magnitudis q̄ ē. a. ſi. o. eēt motᵒ, oporteret ꝙ p. a. moueretur: q2 p̄ſīte motu mobile mouet̄. Sȝ ꝓbatū eſt ꝙ ſm. a. ipartibile nō mouet̄: ſȝ ſolū motū ē q̄ñ. ſ. ptrāſitū ē h̄ idiuiſibile: ḡ relinquet̄ ꝙ. d. nō ſit motᵒ: ſȝ ſit momētū a quo denoiat̄ motuȝ eſſe: ſicut a motu denoiat̄ moueri: ⁊ qd̄ ita ſe habet

babet ad motũ,ſicut pũctũ idiuiſibile ad lineã. Et eadẽ rõ eſt de alijs partibus mot⁹ ⁊ magnitudinis. Ex neceſſitate ḡ ſequit̃,ſi magnitudo cõponit̃ ex idiuiſibilibus:ꝙ mot⁹ ex idiuiſibilibus cõponat̃:ideſt ex momẽtis. Et hoc eſt qđ demonſtrare intendebat. Sed q2 hoc eſt ipoſſibile:ꝙ motus cõponat̃ ex momẽtis:ſicut impoſſibile eſt,ꝙ linea cõponat̃ ex punctis:ideo conſequenter:cum dicit.

Argũ. ℂ Et motum quippiã erit/qđ nõ antea mouebat̃.a. nãqꝫ partem/non tranſeundo tranſiuit. Quare erit quippiam profectum/nunq̃ꝫ antea proficiſcens.

ℂ Et motũ eẽ aliqd/nõ motũ.ſm enim.a.trãſiuit nõ trãſiens. Quare erit aliqd trãſitũ eẽ/nõ aliqñ iens vel tranſiens/hanc.n.trãſiuit nõ tranſiens hanc.

ℂ Oñdit h⁹ ipoſſibilitatẽ ducẽdo ad icõueniẽtia tria:quorum pᵐ eſt,ꝙ ſi motus cõponat̃ ex momẽtis:⁊ magnitudo ex idiuiſibilib⁹:ita ꝙ p idiuiſibilem partẽ magnitudinis nõ moueat̃:ſꝫ motũ ſit:ſequet̃ ꝙ aliqd ſit motũ:nõ motũ. id eſt qđ prius nõ mouebat̃:q2 ponit̃ ꝙ ſcđm indiuiſibile [trãſiuit] id ẽ motũ eſt:nõ trãſiens:q2 in eo moueri nõ poterat:vñ ſequitur aliqd eẽ tranſitũ abſqꝫ hoc ꝙ aliquãdo iret:qđ eſt impoſſibile:ſicut impoſſibile eſt, ꝙ aliqd ſit p̃teritum quod nunq̃ꝫ fuerit pñſens. Sed q2 hoc inconueniens poſſet cõcedere ille qui diceret,motuꝫ componi ex momentis:ducit ad ſecundum inconueniens.ibi.

Argũ. ℂ Nõ ſi oẽ qđuis moueri aut qeſcere neceẽ ẽ.p.ſane in vnaquaqꝫ magnitudis.a.b.c. pte qeſcit. quo fit/ vt qppiaꝫ ſit/qđ ꝯtinuo qeſcit ſil̃/atqꝫ mouet̃. Per totã enĩ magnitudinẽ.a.b.c.mouebat̃: ⁊ in vnaq̃qꝫ pte qeſcebat eiuſdeꝫ/q̃re ⁊ in tota ẽt qeſcebat.

T.c.9. ℂ Si igit̃ neceſſe eſt/aut qeſcere/aut moueri omne. quieſcit autem per vnumquodqꝫ eorum quę ſunt.a. b.c.Ergo eſt aliqd continue quieſcens ſimul/ ⁊ qđ mouet̃:per totã enim.a.b.c.mouebat̃.o. ⁊ quieſcebat ſm quãlibet partem/quare ⁊ per omnem.

ℂ Tali rõe. Oẽ qđ natũ ẽ moueri ⁊ qeſcere,neceẽ ẽ ꝙ qeſcat vel moueat̃:ſꝫ dũ mobile ẽ in.a.nõ mouet̃,⁊ ſilr̃ dũ ẽ i.b. ⁊ ſilr̃ dũ ẽ in.c.ḡ dũ eſt in.a.⁊ dũ eſt in.b.⁊ dũ ẽ i.c.qeſcit: ḡ ſequit̃ ꝙ aliqd ſimul ꝯtinue quieſcat,⁊ moueat̃. Et ꝙ h̃ ſequat̃ ſic ꝓbat. Poſitũ eſt.n.ꝙ moueat̃ p totã longitudinẽ q̃ eſt.a.b.c.⁊ iterꝫ poſitũ eſt,ꝙ qeſcat ſm quãlibet ptẽ: ſed qđ qeſcit p q̃ꝫlibet partẽ:qeſcit p totuꝫ:ergo ſequitur, ꝙ qeſcat per totam magnitudinem. Et ita ſequit̃,ꝙ p totam magnitudineꝫ ꝯtinue moueatur ⁊ quieſcat:qđ eſt omnino impoſſibile. ℂ Tertium inconueniens ponit ibi.

Argũ. ℂ Atqꝫ ſi idiuiſibiles ptes.d.e.f.mot⁹ ſint mot⁹/ſit vt pñte motu.p.mobile qeſcat/nõ moueat̃. Sin võ nõ ſint motus/ſit/vt motus non ex motibus cõſtet.

ℂ Et ſi idiuiſibilia quę ſunt.d.e.ꝫ.motus ſunt/motu p̃ſente ꝯtinget vtiqꝫ nõ moueri/ſed qeſcere. Si aũt nõ ſunt motus/motũ nõ ex motibus eſſe.

ℂ Tali rõne. Oñſum eſt ꝙ ſi magnitudo cõponit̃ ex idiuiſibilib⁹ ꝙ ẽt mot⁹. Aut ḡ illa idiuiſibilia mot⁹ q̃ ſũt.d.⁊.e.⁊.ꝫ.ita ſe hñt ꝙ qđlibet eoꝝ eſt mot⁹:aut nõ. Si qđlibet eoꝝ eſt mot⁹:cũ qđlibet eoꝝ rñdeat idiuiſibili pti magnitudinis in q̃ nõ mouet̃:ſed motũ eſt:ſeq̃tur ꝙ pñte motu: mobile nõ moueat̃:qđ ẽ ꝯ pmã ſuppõnẽ:ſed qeſcat. Si võ nõ ſunt mot⁹:ſeq̃tur ꝙ mot⁹ cõponat̃ nõ ex motib⁹:qđ vꝫ ipoſſe:ſicut ⁊ ꝙ linea cõponat̃,ex nõ lineis. Lec.iij.

Argũ. ℂ Silr̃ ẽt ⁊ tp̃s:⁊ lõgitudo/ac motus/idiuiſibile eẽ neceſſe eſt/atqꝫ ex ipſis nũc q̃ idiuiſibilia ſunt ꝯſtare/aut ẽt diuiſibile eẽ ex diuiſibilibus ſue conſtare.

Similiter autẽ neceſſe longitudini ⁊ motui,idiuiſibile eſſe tempus/⁊ componi ex ipſis nũc exiſtẽtibus idiuiſibilibus. T.c.10

Poſtq̃ꝫ Ph̃s oñdit eiuſdẽ rõnis eẽ,ꝙ magnitudo ⁊ mot⁹ p eã trãſeũs ex idiuiſibilib⁹ cõponant̃:oñdit ẽt idẽ de tp̃e ⁊ magnitudine. Et diuidit̃ in ptes duas. In pᵒ oñdit,ꝙ ad diuiſionem magnitudinis,ſeq̃tur diuiſio tp̃is ⁊ eꝯ. In ſcđo oſtẽdit ꝙ ex infinitate vni⁹,ſeq̃tur iſinitas alteri⁹. ibi[Et ſi qđcũqꝫ infinitũ eſt.] Circa pᵐ duo facit. Primo ponit ꝓpoᵐ. Secũdo demonſtrat.ibi[Si.n.ois.] Dicit ḡ pᵒ, ꝙ ẽt tp̃s neceſſe eſt ſilr̃ eſſe diuiſibile,⁊ idiuiſibile:⁊ cõponi ex idiuiſibilibus,ſicut longitudo ⁊ motus. ℂ Deinde cũ dicit. T.18. infra

ℂ Nã ⁊ ſi ois ẽ diuiſibilis/atqꝫ minore ĩ tp̃e minorẽ magnitudinẽ trãſit id qđ ęq̃ celeritate mouet̃: ⁊ tp̃s erit ẽt diuiſibile. Nõ ſi tp̃s ẽ diuiſibile/ĩ quo qppiaꝫ p.a.magnitudinẽ fert̃: ⁊.a. pfecto diuiſibilis erit. Argũ.

ℂ Si.n.ois diuiſibilis eſt/ĩ minore autem ęqualiter velox tranſibit minorẽ: diuiſibile erit ⁊ tp̃s. Si aũt tẽpus diuiſibile erit/in quo fertur aliqd per ipſuꝫ.a. ⁊ quę eſt ipſum.a. erit diuiſibile.

ℂ Probat ꝓpoſitũ trib⁹ rõnib⁹:quaꝝ pᵃ ſumitur p ęque velocia:ſcđa,p velocius ⁊ tardius.[Qm̃ aũt ois.] Tertia p idẽ mobile ibi[Ampli⁹ aũt ⁊ ex ꝯſuetis.] Dicit ḡ pmo. ꝙ de rõne ęque velocis eſt,ꝙ minoreꝫ magnitudinẽ tranſeat in minori tp̃e. Detur ergo aliq̃ magnitudo diuiſibilis quã ptrãſit aliqđ mobile in aliquo tp̃e dato:ſequitur:ḡ,ꝙ mobile ęque velox trãſeat partẽ magnitudinis in minori tp̃e:⁊ ſic oportuit tp̃s datũ eſſe diuiſibile. Si autẽ eꝯ,dat̃ ꝙ tp̃s ſit diuiſibile,in quo mobile datum mouetur p magnitudinem aliquã datã:ſequitur ꝙ ęque velox mobile in minori tp̃e,qđ eſt pars totius tẽporis, moueatur per minorem magnitudinem: ⁊ ita ſequitur ꝙ magnitudo quę eſt.a.ſit diuiſibilis. ℂ Secundo ibi. T.11. 2ᵒ.17.

ℂ Cũ aũt ois magnitudo ſit ĩ magnitudines diuiſibilis(demõſtratũ eſt enĩ ꝯtinuũ ex idiuiduis ꝯſtare nõ poſſe:eſtqꝫ ois magnitudo ꝯtinuũ)neceſſe eſt id qđ celeri⁹ mouet̃, maiorẽ in ęqli:ę q̃lem in minore: ⁊ maiorem inſuper in minore tp̃e magnitudinem trãſeat/vt quidam id qđ celerius mouet̃ diffiniunt. Argũ.

ℂ Quoniã aũt ois magnitudo in magnitudines diuiſibilis (oñſum eſt enim / qm̃ ipoſſibile eſt ex atomis/ꝯtinuum eẽ aliqđ/magnitudo aũt ois ꝯtinua) neceſſe eſt velocius in ęquali tp̃e maius: ⁊ ĩ minori plus moueri:ſicut diffiniunt qdaꝫ ipſum velocius. T.c.11

ℂ Oſtẽdit idẽ p duo mobilia:quoꝝ vnũ ẽ velocius ⁊ aliud tardius. Et pᵒ p̃mitit q̃dã nec̃aria ad ꝓpoſitũ oñdẽdũ. 2ᵒ ꝓbat ꝓpoᵐ.ibi[Qm̃ aũt ois mot⁹.] Circa pᵐ duo facit. Primo oñdit quõ veloci⁹ ſe hꝫ ad tardi⁹ in h̃ ꝙ mouetur p maiorẽ magnitudinẽ. Scđo quõ ſe habeat ad ipm q̃ꝫtũ, ad h̃ qđ eſt moueri p ęqualẽ magnitudinẽ.ibi[Manifeſtũ aũt ex his.] Circa pᵐ duo facit. Primo ꝓponit ꝓpoſitũ,reſumẽs quoddã ex ſupioribus qđ eſt neceſſariũ ad demonſtrationes ſequẽtes. Scđo demõſtrat ꝓpoᵐ ibi[Sit enim ipſum.] Reſumit ḡ hoc ꝙ ois magnitudo ſit diuiſibilis in magnitudines. Et hoc pꝫ p hoc quod oñſum eſt ſupra, ꝙ ipoſſibile eſt aliqđ ꝯtinuum cõponi ex atomis, id eſt ex idiuiſibilibus:⁊ manifeſtũ eſt,ꝙ magnitudo ois, eſt de genere ꝯtinuoꝝ. Ex his ſequitur ꝙ neceſſe ſit aliqđ corpus velocius in ęq̃li tp̃e per maiorem magnitudinẽ moueri:⁊ ẽt in minori tp̃e per maiorem magnitudinem moueri. Et T.15. T.13. infra

hoc modo qdā diffinierſit velocius: quod plus mouetur i ęquali tempore: ⁊ etiam in minori. ℭ Secundo ibi.


Argu. ℭ Sit eni. a. mobile celeri⁹. b. cū igiť id ſit celeri⁹ qđ prius mutať / quo in tpe: ſitqꝫ illud. e. f. mutatū eſt. a. ipm ex. c. in. d. i eo mobile. b. nōdū accedet ad. d. ſꝫ citra illud erit: vt pꝫ. Quare id qđ celerius moueť / plus magnitudinis in ęquali tempore tranſit.

ℭ Sit. n. ipm in quo. a. eo in quo. b. velocius. Quoniam igiť velocius qđ primuꝫ mutat: in quo tēpore ipſum. a. mutatū eſt / ab ipſo. c. in ipſum. d. f. in tēpore. ʒ. i. i hoc ipſuꝫ. b. nō erit iuxta ipm. d. ſed deficiet. Quare in ęquali tēpore abibit velocius.

ℭ Probat duo pmiſſa. Et pᵒ q velocius in ęquali tpe, ⁊ p maius ſpatiū moueať. Sc̄do q ē in minori tpe p maius

T. 12. ſpatiū moueť. ibi [At vero ⁊ i minori.] Dicit ḡ pᵒ. Sint duo mobilia. a. ⁊. b, quoꝝ. a. veloci⁹ ſit qꝫ b. ⁊ ſit magnitudo. c. d. quā ptrāſit. a. in tpe. ʒ. i. Moueať aūt. b. qđ eſt tardius ⁊. a. qđ ē veloci⁹ p eādē magnitudinē: ⁊ icipiāt ſimul moueri. His ḡ poſitis ſic argumētať. Veloci⁹ eſt qđ i ęqli tpe plus moueť ⁊ ſed. a. eſt veloci⁹ qꝫ. b. ergo cū. a. pueniet ad. d. b. nōdū pueniet ad. d. qđ eſt terminꝰ magnitudinis: ſed adhuc deficiet, id eſt diſtabit ab eo: motus tñ erit in h tpe p aliquā partē magnitudinis: cū ergo ois pars ſit minor toto: relinquiť q. a. in tpe. ʒ. i. mouetur per maiorem magnitudinē qꝫ. b. qđ in eodē tpe mouetur per partē magnitudinis. Unde ſequitur q velocius in ęquali tpe plus de ſpatio pertranſit. ℭ Secundo ibi.

ℭ Demonſtratio, q mobile velocius moueatur in ęquali tempore per maiorem magnitudineꝫ, qꝫ mobile tardius.




Argu. ℭ At vero plus ē magnitudinis minore in tpe tranſit. Nā in minore tpe. e. f. quo mobile. a. ad ipm peruenit. d. mobile. b. tardius erit i ipſo. g. citra terminuꝫ d. Si igiť. a. toto tpe. e. f. ad ipm perueniet. d. erit in minori tpe citra. d. in ipſo. b. qđ eē pōt / inter. g. atqꝫ d. Sitqꝫ illud tēpus. e. k. At magnitudo qdeꝫ. c. b. maior eſt magnitudine. c. g. tēpus autē. e. k. minus ē tēpore toto. e. f. Quare id quod celerius eſt / maiorem magnitudinem minore in tempore tranſit.

T. c. 12 ℭ At vero ⁊ in minori plus. In quo enim. a. factū ē iuxta ipm. d. ipſum. b. erit iuxta. e / cum tardius eſt. Ergo qm̄ ipſum. a. ad ipſum. d. factum eſt in omni in quo eſt. ʒ. i. tēpore. ad ipſuꝫ. r. erit in minori / hoc. ⁊ erit in quo. ʒ. k. Ipſum quidem igitur. c. r. quod tranſierit ipſum. a. maius eſt ipſo. c. e. Tempus autem quod eſt. ʒ. k. minus eſt omni eo quod eſt. ʒ. i. Quare in minori abibit maius.

ℭ Oñdit q veloci⁹ i minori tpe plꝰ de ſpatio ptrāſit. Dem̄ ē. n. q i tpe i q̄ a. iaꝫ puenit ad. d. b. qđ ē tardi⁹ adhuc diſtat a. d. Deť ḡ q i eodē tpe pueniat vſqꝫ ad. e. Cū igiť ois magnitudo diuiſibilis ē. vt ē. poſitū ē: diuidať reſiduū magnitudinis. ſ. e. d. in q̄ veloci⁹ excedit tardi⁹ i duas ptes i pūcto. r. Manifeſtū ē ḡ, q magnitudo. e. r. ē minor qꝫ magnitudo. c. d. Sꝫ idē mobile p minorē magnitudinē moueť in minori tpe: qꝛ ḡ ipꝫ. a. puenit ad. d. i toto tpe. ʒ. i. ad pūctū. r. pueniet i minori tpe: ⁊ ſit illđ tp̄s. ʒ. k. Inde ſic arguiť. Magnitudo. c. r. quā ptrāſit. a. maior eſt magnitudine. c. e. quā pertranſit. b. ſed tp̄s. ʒ. k. in quo ptranſit. a. magnitudineꝫ c. r. eſt minus toto. ʒ. i. in quo. b. tardius pertranſit magnitudinē. c. e. ſequiť ergo q velocius in minori tēpore pertranſeat maius ſpatium. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Demonſtratio, q mobile velocius ptrāſeat maiorē magnitudinē in minori tpe: qꝫ tardius mobile.



ℭ Ex his autem patet id qđ eſt celerius / minore etiā in tempore magnitudinem ęqualem tranſire. Argu.

ℭ Manifeſtum autem ex his / ⁊ quod velocius in minori tempore abibit ęquale. T. c. 13

ℭ Oñdit quo mō veloci⁹ ſe hēat ad tardi⁹ i moueri p ęqleꝫ magnitudinē. Et primo proponit intentū. Secundo probat ppoſitum. ibi [Quoniam qdem. n.] Dicit ergo pmo: q ex pmiſſis manifeſtū eſſe poteſt, q velocius pertranſit ęquale ſpatium in minori tempore. ℭ Secundo ibi. Infra

ℭ Nā cū ipm ad tardi⁹ qdē cōparatum maiorem in minore tpe / per ſe aūt ſumptū maiore in tpe / maiorē magnitudinē trāſeat. Tp̄s pfecto. e. k. i quo. c. b. magnitudinē trāſit / maius erit eo tpe: quo. c. g. magnitudinem tranſit. Sit igiť minus illud tp̄s. e. l. Quare ſi. e. k. tēpus minus eſt te. e. f. in quo. b. tardius mobile magnitudinē. c. g. trāſit. Et. e. l. pfecto tēpus. e. f. tēpore minus erit. Eſt. n. minus tpe: e. k. Nō vero ē minus minore / minus ⁊ ipm eſt. Quare minore i tēpore magnitudinem ęqualem tranſibit.

¶ Quoniam enim maiorem in minori tranſit tardiori: ipſum aũt ſm ſeipſum acceptũ in pluri tpe maiorem minori: vt q̃ eſt.l.m.ea q̃ eſt.l.x.plus vtiq̄ʒ erit tẽpus quod.p.r.in quo ipſum.a.tranſit.l.m.q̄ʒ qđ eſt.p.s.in quo tranſit ipſum.l.x. Quare ſi eſt.p.r.tẽpus/minus eſt eo in quo eſt.p.b.in quo quod eſt tardius tranſit ipſum.l.x.⁊ qđ eſt.p.s.tẽpus minus eſt eo in quo eſt.p.b. Ipſo enim.p.r.minus eſt.minore autem minus/⁊ ipſum minus eſt. Quare in minori/mouebitur ęquale.

¶ Probat ꝓpoſitũ duabus rõnib⁹. Ad q̄rũ ꝑmã duo ꝑmittit,quoꝝ vnũ iã ꝓbatũ eſt: ſcilʒ ꝙ velocius ptrãſeat maiorem magnitudinẽ in minori tpe q̄ʒ tardius. Scđm vero ẽ ꝑ ſe manifeſtũ:ſcilʒ ꝙ ipm mobile ſm ſeipſuʒ ꝯſideratum in maiori tpe,ptrãſit maiorẽ magnitudinem q̄ʒ in minori. Pertrãſeat enim hoc mobile.a.qđ eſt velocius:hanc magnitudinẽ q̃ eſt.l.m.in.p.r.tpe.⁊ partẽ magnitudinis ſcilʒ l.x.pertranſibit in minori tpe.q qđ eſt.p.o.qđ eſt minus q̄ʒ p.r.in quo ptranſit.l.m.ſicut ⁊.l.x.eſt minor q̄ʒ.l.m. Ex h⁹ aũt ſuppoſitione accipit,ꝙ ipſum tp̄s.p.r.in quo.a.ptranſit totã magnitudineʒ.l.m.ſit minus tpe p.b.in quo.b.qđ eſt tardius ptranſit minorẽ magnitudinẽ.ſ.l.x.dictum eſt enim ꝙ velocius in minori tpe pertranſit maioreʒ magnitudinẽ. Ex his ꝓcedit ſic. Tempus.p.r.eſt minus tpe.p.b. in quo.b.qđ eſt tardius ptrãſit magnitudinẽ.l.x.⁊ tp̄s.p.o.eſt minus q̄ʒ tẽpus.p.r.ergo ſequitur ꝙ tempus.p.o.ſit minus q̄ʒ tp̄s.p.b.q2 ſi aliqđ ẽ minus minore:etiaʒ ipſuʒ erit minus maiore. Cum ergo datuʒ ſit ꝙ in tpe.p.o.velocius mouetur p.l.x.magnitudinẽ.⁊ tardius mouetur per eadẽ tpe.p.b.ſequitur,ꝙ velocius mouetur in minori tpe ꝑ ęquale ſpatium. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Demonſtratio ꝙ mobile velocius mouetur per ęqualẽ magnitudinem in minori tpe,q̄ʒ mobile tardius.



Argu. ¶ Preterea ſi oẽ qđ mouet̃:aut i ęq̄li/aut i minore/aut in maiore tpe moueri/neceſſe ẽ/⁊ id qdeʒ qđ in maiore mouet̃ tardius ẽ. id aũt qđ i ęq̄li:ęque celere ẽ.qđ vero celeri⁹ ẽ/neq̄ʒ celere ẽ/neq̄ʒ tardi⁹ eſt/id ꝓfecto qđ celerius ẽ/neq̄ʒ in ęquali tpe/neq̄ʒ i maiore mouebit̃. Reſtat igitur tpe ipſuʒ in minore moueri. Quare id qđ celerius eſt:tpe in minore magnitudinem ęqualem tranſire neceſſe eſt.

¶ Amplius aũt ſi oẽ neceſſe qdẽ eſt/aut in ęq̄li/aut i minori/aut in pluri moueri/⁊ qđ qdẽ in pluri/tardius eſt.quod aũt in ęq̄li/ęque velox.velocius aũt non eſt ęqualiter velox/neq̄ʒ tardius.neq̄ʒ vtiq̄ʒ in pluri/aut ęquali mouet̃ ipſum velocius. Relinquit̃ igitur/in minori. Quare neceſſe eſt ęqualem magnitudinem minori tempore tranſire/velocius. T.c.14

¶ Que talis eſt. Qđ mouetur p ęqualẽ magnitudinẽ cum aliquo alio mobili:aut mouetur per eaʒ in ęquali tẽpore: aut in minori,aut in maiori. Quod aũt mouetur per ęqualem magnitudinẽ in maiori tẽpore eſt tardius (vt ſupra ꝓbatum eſt.) Quod aũt mouetur in ęquali tẽpore per ęqualem magnitudineʒ,eſt ęque velox:(vt per ſe manifeſtũ ẽ.) Cũ igitur id qđ velocius ẽ:neq̄ʒ ſit ęque velox:neq̄ʒ tardi⁹:⁊ ſequitur ꝙ neq̄ʒ in pluri tpe moueatur p ęq̄lẽ magnitudinẽ,neq̄ʒ in ęq̄li. Relinqtur ergo ꝙ i minori. Sic ergo ꝓbatum eſt,ꝙ neceſſe eſt velocius pertranſire ęqualem magnitudinem in minori tempore. Deinde cum dicit.

¶ Quoniam aũt/ois qdẽ motus in tpe eſt/⁊ omni in tpe motus fieri põt/omne aũt qđ mouetur/⁊ celerius ⁊ tardius moueri poteſt/in omni profecto tpe/celerior tardiorq̄ʒ motus/fieri poteſt. Argu.

¶ Quoniam autem/omnis motus in tẽpore eſt/⁊ in omni tẽpore poſſibile eſt moueri/omne aũt qđ mouetur/ꝯtingit ⁊ velocius moueri/⁊ tardius:i omni tempore erit velocius/⁊ tardius moueri. T.c.15

¶ Probat ꝓpoſitũ.ſ ꝙ eiuſdẽ rõnis ſit:tp̄s ⁊ magnitudinẽ ſemper diuidi in diuiſibilia:aut etiã ex indiuiſibilibus cõponi. Et circa hoc tria facit. Primo ꝑmittit qdã quę ſunt neceſſaria ad ſequentẽ ꝓbationẽ. Scđo ponit ꝓpoſitum:ibi[Hęc aũt cũ ſint.] Tertio ꝓbat: ibi[Quoniã eniʒ oſtẽſum eſt.] Premittit ergo primo,ꝙ ois motus eſt in tpe. Et hoc ꝓbatũ eſt i quarto. Itẽ ꝙ in oi tpe poſſibile ſit moueri:qđ ex diffinitione tpis apparet q̃ in quarto data eſt. Scđm ẽ ꝙ oẽ qđ mouetur ꝯtingit mouere velocius ⁊ tardius.i.ꝙ quolibet mobili eſt inueniri aliqđ qđ velocius mouetur,⁊ aliqđ qđ tardius. ¶ Sed hęc ꝓpoſitio vi͂ eſſe falſa. Determinatę enim ſunt velocitates motuum in nã. Eſt enim aliqs motus ita velox, ꝙ nullus poteſt eſſe eo velocior:ſcilʒ motus primi mobilis. ¶ Ad hoc dicendũ ꝙ de natura alicuius rei poſſumus loqui dupl'r. Uel ſm rõnem cõmunẽ:vel ſm ꝙ ad ꝓpriam materiã applicatur. Et nihil ꝓhibet aliqđ qđ nõ impeditur ex rõne cõi rei:impediri ex applicatione ad aliquã materiã determinatam. Sicut nõ impeditur ex rõne formę ſolis,eẽ plures ſoles: ſed ex hoc ꝙ tota mã ſpeciei ſub vno ſole ꝯtinetur: Et ſimiliter ex cõi natura motus, non ꝓhibetur quin qualibet velocitate data poſſit alia maior velocitas inueniri: ſed impedit̃ ex determinatis virtutibus mobiliũ ⁊ mouẽtium. Hic aũt Ariſt.determinat de motu ſm cõem rõnẽ motus:⁊ nondũ applicãdo motũ ad determinata mouẽtia ⁊ mobilia. Et iđ frequẽter talibus ꝓpoſitionibus vtit̃ in hoc.6. libro.quę ſunt verę ſm ꝯſiderationẽ cõem motus:nõ aũt ſm applicationẽ ad determinata mobilia. Et ſimiliter nõ eſt ꝯtra rõnem magnitudinis,ꝙ quęlibet magnitudo diuidatur in minores,⁊ ideo vtit̃ in h̄ libro:vt accipiat q̄libet magnitudine data,aliã minorẽ. Lʒ applicãdo magnitudineʒ ad determinatam nãm:ſit aliq̃ minima magnitudo:q2 q̄libet nã requirit determinatã magnitudinẽ ⁊ paruitatẽ (vt ẽt in ꝑ dcm̃ eſt.) Ex duob⁹ aũt ꝑmiſſis ꝯcludit tertiũ.ſ. ꝙ in omni tpe dato contingit velocius ⁊ tardius moueri q̄ʒ ſit motus datus in tali tempore. ¶ Secundo ibi. infra T.16.

Argu. ¶ Que cū ita ſint: tēpus ↄtinuum eē/neceſſe ē. Dico aūt ↄtinuū id qđ ē diuiſibile in diuiſibilia ſemꝑ: hoc enim tali ſuppoſito: tēpus ↄtinuū eſſe neceſſe eſt.

¶ Hec autem cum ſint/neceſſe eſt ⁊ tēpus ↄtinuum eſſe. Dico aūt cōtinuū/quod eſt diuiſibile/in ſemper diuiſibilia. Huiuſmodi enim ſuppoſito cōtinuo: neceſſe eſt/⁊ tempus continuum eſſe.

¶ Ex p̄miſſis ↄcludit ꝓpoſitū, ⁊ dicit ꝙ cum p̄miſſa ſint vera: neceē ē ꝙ tp̄s ſit ↄtinuū.i.diuiſibile in ſemꝑ diuiſibilia. Suppoſito enim ꝙ hec ſit diffinitio ↄtinui: neceē ē ꝙ tp̄s ſit ↄtinuū: ſi magnitudo ē ↄtinua: q2 ad diuiſionē magnitudinis, ſequitur diuiſio tp̄is: ⁊ ecōtra. ¶ Tertio ibi.

Argu. ¶ Nā cū demonſtratū ſit id qđ celerius mouet: minore in tpe ſpatiū ęq̄le tranſire. Sit celerius qdē.a. tardius aūt.b. Atq3.b.trāſeat.c.d.magnitudinē in tpe.e.f. Igit̃.a.qđ eſt celerius/magnitudinē eandez (vt p3) in tpe minore trāſibit. Atq3 ſit i.e.g.tpe motum. Rurſus qm̄ ipſuz celerius totā.c.d.magnitudinē in.e.g.tpe ꝑtranſiuit: id qđ eſt tardius minorē eodē i tpe tranſit. Sitq3 illa.c.b. At qm̄.b.qđ ē tardius in.e.g.tpe/magnitudinem.c.b. ꝑtranſiuit.a.ꝑfecto qđ eſt celerius: eandem in minore tpe tranſit. Quare rurſus tp̄s.e.g.diuidet̃. Qđ ſi diuideretur: magnitudo quoq3.c.b.rōne eadem/vtiq3 diuidet̃. Qđ ſi magnitudo diuidetur: ⁊ tp̄s itidem diuidetur. Et hoc ſemꝑ erit/ſi poſt celeri⁹ mobile: tardius: ⁊ poſt hoc celerius ſumamus: ac demonſtratis vtamur. Nā celerius qdem mobile/tēpus: tardius autē longitudinem diuidet. Quod ſi ſemꝑ qdē vere ↄuerſio ſit/cum ſit vero ↄuerſio/ſit diuiſio ſemꝑ/patet/oē tēpus ↄ:inuum eſſe. Patet ēt ſimul ⁊ magnitudinez oēm ↄtinuam eſſe. Eiſdē enim ęqualibuſue diuiſionibus/tam tempus q̄3 magnitudo diuiditur.

T.c.16 ¶ Qm̄ eni oſtēſum eſt/ꝙ velocius i minori/tranſibit ęq̄le: ſit qđ qdē in quo ē.a.velocius: qđ aūt eſt i quo ē.b.tardius: ⁊ ſit motū tardius/q̄ ē.c.d.per magnitudinē: in quo eſt.ȝ.i.tpe. Manifeſtum igit̃ ē ꝙ velocius i minori/q̄3 hoc mouebit̃ ꝑ eandē magnitudinem. Et ſit motū.a.in quo ē.ȝ.t. Iterū aūt qm̄.a.qđ ē velocius/i eo qđ eſt.ȝ.t.tranſiuit totā q̄ eſt.c.d. ipſum tardius/i eodē tpe/minorē trāſiuit. Sit igit̃ i quo.c.k. Quoniā aūt tardius/qđ eſt ipſum.b.in eo qđ eſt.ȝ.t.tpe ipſam q̄ ē.c.k.trāſiuit: velocius i minori tranſibit. Quare iterū diuidit̃ qđ ē.ȝ.t.tp̄s/hoc aūt diuiſo ⁊.c.k.magnitudo diuidet̃ ſm̄ eādē rōnē: ſi vero magnitudo/⁊ tp̄s/⁊ hoc ſemꝑ erit accipientibus a velociori tardius. ⁊ a tardiori velocius/⁊ eo demonſtratum eſt vtentibus. Diuidet aūt qđ eſt velocius/tp̄s: tardius aūt/longitudinē. Si igit̃ ſemper in natura eſt conuerti/cōuerſo aūt ſemper ſit diuiſio/manifeſtum quoniā omne tp̄s continuum eſt.

T.c.17 Similiter autem manifeſtum/⁊ ꝙ magnitudo ōis continua eſt. Per eaſdem enim ⁊ ęquales diuiſiones/tempuſq3/⁊ magnitudo diuiditur.

¶ Oñdit ꝓpoſitum: ſcilz ꝙ ſilr diuidat̃ tp̄s ⁊ magnitudo. Quia eni oñſum ē, ꝙ velocius ꝑtrāſit ęquale ſpatiū in minori tpe: ponat̃ ꝙ.a.ſit velocius: ⁊.b.tardi⁹: ⁊ moueatur.b.tardius ꝑ magnitudinē q̄ ē.c.d.in tpe.ȝ.i. Manifeſtum eſt g̃ ꝙ.a.qđ ē velocius, mouet̃ ꝑ eandē magnitudinē i minori tpe: ⁊ ſit tp̄s illud.ȝ.t. Iterū aūt qm̄.a.qđ eſt velocius in tpe.ȝ.t.pertranſiuit tota magnitudinē q̄ eſt.c.d.b.qđ ē tardius, i eodē tpe pertrāſit minorē magnitudinē: q̄ ſit.c.k.⁊ q2.b.qđ eſt tardius ꝑtranſit magnitudinē in tpe.ȝ.t.a. qđ eſt velocius ꝑtranſibit eandem magnitudinē adhuc in minori tpe: ⁊ ſic tempus.ȝ.t.iterum diuidetur: ⁊ eo diuiſo ſm̄ eandem rōnem diuidetur magnitudo.c.k.q2 tardi⁹ in parte illius tp̄is mouetur per minorē magnitudinē: ⁊ ſi diuiditur magnitudo iteꝝ diuidetur ⁊ tp̄s q2 illam partē magnitudinis velocius tranſibit in minori tpe: ⁊ ſic ſemꝑ ꝓcedetur accipiendo poſt motū velocioris aliud mobile tardius: ⁊ poſt tardius iteꝝ velocius: ⁊ vtendo eo qđ demonſtratū eſt ſcilz ꝙ velocius ꝑtranſeat ęquale, in minori tpe: ⁊ tardius in ęquali tpe minorē magnitudinē: ſic enim accipiēdo id qđ velocius: diuidemus tp̄s: ⁊ accipiendo id qđ eſt tardius: diuidemus magnitudinē. Si ergo hoc veꝝ eſt, ꝙ ſemꝑ poſſit talis ↄuerſio fieri ꝓcedendo a velociori in tardius: a tardiori in velocius: ⁊ facta tali ↄuerſiōe ſemper ſit diuiſio magnitudinis ⁊ temporis: manifeſtū erit ꝙ omne tempus eſt continuum: idē diuiſibile in ſemper diuiſibilia: ⁊ ſimiliter omnis magnitudo: q2 ꝑ eaſdē ⁊ ęq̄les diuiſiones diuiditur tempus ⁊ magnitudo (vt oſtenſuz eſt)

¶ Deinde cum dicit.

¶ Demonſtratio ꝙ ſimiliter diuiditur tp̄s ⁊ magnitudo.



¶ Inſuper ⁊ ex hiſce rōnibus q̄ dici ſolēt/patet ſi ſit tp̄s ↄtinuū: ⁊ magnitudinē continuā eſſe. Siquidē in dimidio temporis/dimidiū magnitudinis/⁊ ſimpliciter in minore/minorem tranſit. eędem.n.diuiſiones temporis/⁊ magnitudinis erunt. Argu.

¶ Amplius aūt ex cōſuetis rationibus dici/manifeſtum eſt/ꝙ Si tp̄s continuum eſt/ꝙ ⁊ magnitudo. Siquidem in medio tempore/mediū tranſit/⁊ ſimpliciter in minori minus: eędem nāq3 diuiſiones tēporis ⁊ magnitudinis ſunt.

¶ Ponit tertiam rationē ad oſtendendū, ꝙ magnitudo ⁊ tempus ſimiliter diuiduntur: ⁊ ex conſideratione vnius ⁊ eiuſdem mobilis: ⁊ dicit ꝙ manifeſtum eſt etiam per rationes

tiones quę conſueuerunt dici, q ſi tempus eſt continuuz .ſ. diuiſibile in ſemper diuiſibilia: q ꝛ magnitudo eodem modo continua eſt: qꝛ vnū ꝛ idem mobile regulariter motum, ſicut in toto tpe pertranſit totam magnitudinem: ita in medio tpe mediū magnitudinis: ꝛ ſilr in minori tempore minorē magnitudinē. Et hoc ideo ꝯcludit: qꝛ ſilr diuidit tēpus ſicut ꝛ magnitudo. Lec.iiij.

Arg. ¶ Atqꝫ ſi alterū vtrūuis ipſoꝝ ſit īfinitū. ꝛ alteꝝ ē ī finitū: ꝛ pinde ſane vt alteꝝ. ceu ſi tps extremis ſit īfīm / ꝛ lōgitudo extremis ē īfinita. ſi diuiſiōe / lōgitudo quoqꝫ diuiſiōe. ſi vtriſqꝫ / ꝛ magnitudo vtriſqꝫ.

T.c.18 Et ſi quodcūqꝫ infinitū ē / ꝛ alteꝝ: ꝛ ſicut alterū ꝛ alterū ē / vt ſi quidem vltimis infinitum eſt tēpus / ꝛ longitudo vltimis: ſi vero diuiſione / diuiſione ꝛ longitudo / ſi aūt in vtriſqꝫ tempus: in vtriſqꝫ ꝛ longitudo.

Poſtq̄ oſtēdit q magnitudo ꝛ tps ſilr diuiduntur. hic oñdit q ēt īfinitū ꝛ finitū ſilr inueniunt ī magnitudie ꝛ tpe. Et circa h tria facit. Primo ponit ꝓpoſitū. Scdo ex h ſoluit dubitationē. ibi [Unde ꝛ Zenonis rō.] Tertio ꝓbat ꝓpoᵐ ibi [Neqꝫ iā infīᵐ ꝛc.] Dicit ḡ p̄, q ſi qdcūqꝫ hoꝝ duoꝝ .ſ. tpis ꝛ magnitudinis ſit īfīᵐ, ꝛ alteꝝ eſt īfinitū: ꝛ eo mō quo vnū eſt īfīᵐ: ꝛ alteꝝ. Et h exponit diſtinguēdo duos modos īfinitī dicētes: q ſi tps eſt infinitū ī vltimis: ꝛ magnitudo eſt īfinita ī vltimis. Di autē tps ꝛ magnitudo eē īfinita ī vltimis qꝛ .ſ. vltimis caret ſicut ſi imaginaremur lineā nō terminari ad aliq̄ pūcta: vel tps nō terminari ad aliqō p̄ᵐ, aut vltimū īſtās. Et ſi tps ſit īfinitū diuiſiōe: ꝛ lōgitudo erit diuiſiōe īfinita. Et ē h ſcds modus īfiniti. Di eni diuiſiōe īfinitū, qō in infinitū diuidi pōt: qō ē de rōne ꝯtinui (vt dcm̄ ē) Et ſi tps eēt vtroqꝫ mō īfinitū: ꝛ longitudo eēt vtroqꝫ mō infinita. Et ꝯuenienter iſti duo modi infiniti ꝯtra ponunt: qꝛ primus modus infiniti accipit ex parte vltimoꝝ īdiuiſibiliū q priuant. Scds autē modus accipit ſm indiuiſibilia q̄ ſignant in medio: diuidit .n. linea ſm puncta infra lineā. ¶ Secundo ibi.

Arg. ¶ Quapropter ꝛ zenonis rō falſuz ſumit / fieri (inq̄) nō poſſe / vt finito ī tpe qcq̄ trāſeat īfinita: aut īfinita p ſingula tāgat. Dupl̄r .n. lōgitudo / ꝛ tps / ꝛ oīo oē ꝯtinuū / dr īfinitū / aut diuiſiōe / aut extremis. Igit īfinita qdē q̄titate: tāgere finito ī tpe nō pōt. infinita vero diuiſiōe / pōt. etenī ipm̄ tps hoc mō ē infinitū. Quare fit / vt īfinito in tpe nō finito qppiā tranſeat īfinita / ꝛ īfinitis nō finitis / infinita ēt tangat.

T.c.19 ¶ Unī ꝛ zenonis rō falſum opinat / q nō ē poſſe infinita ptranſire: aut tāgere īfinita ſm vnūqōqꝫ / finito in tpe. Dupl̄r .n. dr / ꝛ longitudo / ꝛ tps infinituz / ꝛ oīo oē ꝯtinuū: aut ſm diuiſionē / aut ī vltimis. In finitis qdē igit ſm q̄titatē / nō ꝯtingit ſeſe tāgere ī finito tpe. eis aūt q̄ ſūt ſm diuiſionē ꝯtingit: ꝛ nāqꝫ ipſuz tps / ſic infinitū eſt / Quare ꝛ infinito tempore ꝛ non finito / accidit tranſiri infinitum / ꝛ tangere infinita / infinitis ꝛ non finitis.

¶ Ex p̄miſſis remouet dubitationē Zenonis eleatis, q volebat ꝓbare q nihil mouet de vno loco ad aliū: puta de .a. in .b. Manifeſtū eſt eni, q inter .a. ꝛ .b. ſunt īfinita puncta media (cū cōtinuum ſit diuiſibile in īfinitū) ſi ergo mouet aliqd de .a. in .b. opꝫ q ptrāſeat īfinita: ꝛ q tāgat vnūqōqꝫ īfinitoꝝ: q nō eſt poſſibile fieri in tpe finito: ḡ in nullo tpe quātūcūqꝫ magno: dūmō ſit finitū: aliqd p̄t moueri p quātūcūqꝫ paruuz ſpatiū. Dicit ḡ Phs q iſta rō ꝓcedit ex falſa exiſtimatione: qꝛ lōgitudo, ꝛ tps, ꝛ qdcūqꝫ ꝯtinuū, dupliciter dr eſſe infinitū (vt dcm̄ eſt.) ſ. ſm diuiſionē: ꝛ in vltimis. Si igit eſſent aliq̄ .ſ. mobile ꝛ ſpatiū īfinita ſm quātitatē. qō eſt eē infinitū in vltimis: nō ꝯtingeret q ſe inuicē tāgerent ī tpe finito. Si vero ſint īfinita ſm diuiſionē: h ꝯtingit: qꝛ ēt tps qō ē finitū ſm quātitatē: ē ſic īfinitū .ſ. ſm diuiſionē. Unde ſequit q īfinitū trāſeat: nō qdē ī tpe finito: ſed in tpe īfinito. Et q īfinita pūcta magnitudinis tranſeant in infinitis nūc tpis: nō aūt in nunc finitis. Eſt aūt ſciendum q hęc ſolutio eſt ad hoiem ꝛ nō ad veritatē, ſicut infra Ariſto. manifeſtabit in .8. ¶ Tertio ibi.

¶ Impoſſibile eſt ergo aut īfinitū finito in tpe: aut finitū ī īfinito tranſire. Sed ſi tps ſit īfinitū / ꝛ magnitudo erit ſilr īfinita: ꝛ ſi magnitudo / ꝛ tempus. Arg.

¶ Neqꝫ iam infinitū pōt in finito tpe tranſire. neqꝫ ī īfinito / finitū. Sed ſiqdem tēpus infinitū ſit / ꝛ magnitudo erit infinita / ꝛ ſi magnitudo / ꝛ tempus.

¶ Probat quod ſupra poſuit. Et p̄io reſumit ꝓpoſitum. Scdo ꝓbat: ibi [Sit .n. magnitudo.] Dicit ḡ p̄io: q nullū mobile pōt tranſire īfinitū ſpatiū, in tpe finito: neqꝫ finitū ſpatiū, in tpe īfinito. Sed oportet ſi tps eſt infinituz, q magnitudo ſit infinita: ꝛ econtra. ¶ Secundo ibi. T.20.


¶ Deſignet .n. magnitudo q̄dā .a. b. terminis definita. ꝛ tēpus īfinitū mēte pcipiat. Sitqꝫ id .c. deinde excipiat ps aliqua finita tpis .c. q̇ quidem .c.d. finibus claudat. in hoc igit corpus qō ſup .a.b. mouet / aliquā ptem magnitudinis trāſit / atqꝫ ponatur a.e. iam ptē ptrāſiuiſſe. hęc aūt ps / aut ęque totā .a. b. magnitudinē mēſurabit / aut deficiet / aut excedet. Nihil .n. refert. Nā ſi ſemp ęqualē magnitudinē .a. e. pti ęquali ī tpe mobile tranſit / pars autē hęc magnitudinē totā metit / tps totum / ī quo magnitudinem totā tranſibit / finitum erit ꝓfecto. in partes enī ęquales diuidetur / vt magnitudo. Arg.


¶ Sit .n. magnitudo finita ī qua eſt .a.b. tēpus autez īfinitum: ī quo eſt .g. Accipiat igit tpis aliqd finitū ī quo ſit .g.d. in hoc igit tranſibit aliqd magnitudinis. ꝛ ſit qō tranſitū eſt: ī quo eſt .b.c. hoc autez / aut menſurabit ī quo eſt .a.b. aut deficiet: aut excellet. Differt .n. nihil. Si .n. ſemp ęqualem quę eſt in .b.c. magnitudinem / in ęquali tpe tranſibit. hoc autem menſurat totū. finitum erit omne tps in quo tranſibit. in ęqualia .n. diuidet / ſicut ꝛ magnitudo. T.c.20

¶ Probat ꝓpoſitū. Et p̄ᵒ, q tps nō pōt eē infinitū, ſi magnitudo ſit finita. 2ᵒ q ecōuerſo, ſi lōgitudo ſit īfinita: tps nō pōt eē finitū. ibi [Eadē aūt demōſtratio eſt.] Primū autē oñdit duab⁹ rōnibus q̄ꝝ p̄ᵃ talis eſt. Sit magnitudo finita q̄ eſt .a.b. ꝛ ſit tps īfinitū qō ē .g. Accipiat aūt hui⁹ tpis īfiniti, aliq̄ pars finita q̄ ſit .g.d. qꝛ igit mobile p totū tps .g. ptrāſit totā magnitudinem .a.b. opꝫ q in hac pte tpis q̄ ē .g.d. ptrāſeat aliquā ptē illi⁹ magnitudis: q̄ qdē ſit .b.e. Cū aūt .a.b. magnitudo ſit finita: ꝛ maior .b.e. g.d. aūt finitū: ꝛ min⁹ ipſo .g. neceſſe ē q .b.e. aut mēſuret totū .a.b. aut deficiet, aut excellet in mēſurādo. ſi multoties ſumat .b.e. Sic .n. oē finitū min⁹ ſe hꝫ ad finitū mai⁹: vt pꝫ in nūeris. Ternarius .n. (q ē minor ſenario) bis accept⁹ mēſurat ipſū. quinariū vero (q ēt ē maior) nō mēſurat bis accept⁹, ſꝫ excedit plus .n. eſt bis tria q̄ quqꝫ. ſilr ēt ꝛ ſeptenariū bis accept⁹ nō mēſurat: ſed deficit ab eo: minus .n. eſt bis tria q̄ T.22.

ſeptē: ſed tñ ſi trinari⁹ ter accipiaꝛ, excedet ēt ſeptenariū. Nihil aūt differt quocūqꝫ mō hoꝝ triū.b.c. ſe habeat ad a b. qꝛ idē mobile ſemꝑ ꝑtrāſibit magnitudinē ęq̄lē ei qḋ eſt.b.c. in tpe ęq̄li ei ꝛ qḋ eſt.g.d. ſed.b.c. menſurat totum a.b. vel excedit ipſum: ſi multoties ſumaꝛ: ergo ꝛ.g. d. mēſurabit totū tp̄s.g. vel excedit ipm ſi multoties ſumaꝛ. Et ſic opꝫ ꝙ totū tp̄s.g. ſit finitū in quo ꝑtrāſit totā magnitudinē finitā ꝛ qꝛ opꝫ ꝙ in ęqualia ſm numerū diuidaꝛ tempus, ſicut ꝛ magnitudo. ¶ Scḋam rōnem ponit ibi.

¶ Demonſtratio prima per quam ꝓbatur, ꝙ ſi magnitudo eſt finita, ꝙ tempus eſt finitū. Et ſumitur hec demonſtratio ex proportione partis ad totum.





Argꝫ. ¶ Pręterea ſi non oēm magnitudinē id qḋ moueꝛ in infinito tpe trāſit: ſed fieri pōt, vt aliquā finito ēt in tpe trāſeat: vt.a.c. ꝑtem.hęc aūt totā magnitudinem metieꝛ, deniqꝫ ęqualem in ęquali tempore trāſit: tempus ipſum profecto finitum erit.

T.c.21 ¶ Amplius aūt ſi nō oēm magnitudinē in infinito tpe tranſibit: ſed ꝯtingit aliquā ꝛ infinito tempore tranſire, vt quę eſt.b.c. hęc aūt menſurabit totam, ꝛ ęqualē in ęquali tranſibit. Quare ꝛ finitū erit tp̄s.


¶ Quę talis eſt. Quāuis eni detur, ꝙ magnitudinē finitā (q̄ eſt.a.b.) ꝑtrāſeat aliqḋ mobile in tpe īfinito: nō tñ pōt dari ꝙ oēm magnitudinē ꝑtrāſeat in tpe infinito: qꝛ videmus ꝙ multę magnitudines finitę tpib⁹ finitis ꝑtrāſeuntur. Si igiꝛ magnitudo finita q̄ eſt.b.c. q̄ tranſeaꝛ tpe finito. Sed.b.c. cū ſint finita mēſurat.a.b. q̄ eſt ēt finita. Sed idem mobile ꝑtranſibit ęqualē magnitudinē ei q̄ eſt.b.c. in ęquali tpe finito, in quo ipſam ꝑtrāſibat. ꝛ ita quot accipiebanꝛ magnitudines ęquales.b.c. ad ꝯſtituendam totam.a.b. tot tempora finita ęqualia accipienꝛ ad menſurationem vel conſtitutionem totius tpis: vnde ſequiꝛ ꝙ totum ſit finitum (Differt aūt hęc rō a prima: qꝛ in prima ratione.b.c. ponebatur pars magnitudinis.a.b. hic aūt.b.c. ponitur q̄dam alia magnitudo ſeparata. Neceſſitatem aūt huius ſecundę rationis poſitę oſtendit cum ſubdit.

Argꝫ. ¶ Pꝫ āt nō ī tpe īfinito ꝑtē.a.c. trāſire ſi tp̄s altera ex ꝑte finitū fuerit ſūptū. Nā ſi ī minorē ꝑtē hāc trāſit, tp̄s finitū eē, neceē ē: cū altera ex ꝑte ſit tpis finis.

¶ Qḋ aūt non infinito tpe tranſit qḋ eſt.b.c. manifeſtum eſt, ſi accipiatur altera ex parte finitum tēpus. Si enim in minori pertranſit: hanc neceſſe eſt finitam eſſe, altero termino exiſtente.

¶ Poſſet enim aliqs ꝯtra primā rōnē cauillando dicere, ꝙ ſicut totā magnitudinē.a.b. ꝑtranſibit in tpe infinito: ita ꝛ quālibet partē eius: ꝛ ſic ꝑtē.b.c. nō ꝑtrāſibit tpe finito. Sed qꝛ nō pōt dari, ꝙ quālibet magnitudinē ꝑtrāſeat tpe infinito: oportuit inducere ſcḋam rōnem ꝙ.b.c. ſit quędā alia magnitudo quā tpe finito ꝑtrāſeat. Et hoc eſt qḋ ſubdit, ꝙ manifeſtū eſt, ꝙ mobile non ꝑtrāſit magnitudinem quę eſt.b.c. in infinito tpe. ſi accipiaꝛ in altera finitum tēpus: id eſt ſi accipiaꝛ aliqua alia magnitudo, a prima q̄ dicaꝛ.b.c. quā ꝑtrāſibit tpe finito. Si eniꝫ in minori tpe ꝑtranſit partem magnitudinis q̄ꝫ totum ꝛ neceſſe eſt hanc magnitudinē quę eſt.b.c. finitam eſſe: altero termino exiſtente finito ſcilicet.a.b. Quaſi dicat. Si tēpus in quo ꝑtranſibit.b.c. eſt finitum: ꝛ minus tpe infinito in quo ꝑtrāſibit.a.b. neceſſe eſt ꝙ.b.c. ſit minor q̄ꝫ.a.b. ꝛ ita ꝙ.b.c. ſit finita cum.a.b. finita ſit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Demonſtratio ſcḋa, per quam ꝓbaꝛ idē qḋ ſupra. Et ſumiꝛ ex ꝓportione cuiuſlibet finiti ad quodlibet finitum.



¶ Eadē ſane fuerit dmōſtratio, ꝛ ſi lōgitudinē q̄dē īfinitā finxerim⁹: tp̄s āt ſumpſerimus cōtra, finitū. Argꝫ.

¶ Eadem aūt demonſtratio eſt, ꝛ ſi longitudo quędam infinita ſit, tempus autem finitum. T.c.22

¶ Ponit ꝙ eadem demonſtratio eſt ducens ad impoſſibile, ſi dicatur ꝙ longitudo ſit infinita ꝛ tempus finitum. Quia accipietur aliquid longitudinis infinitę quod erit finitū: ſicut accipiebatur aliquid temporis infiniti quod eſt finitum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Pꝫ igiꝛ ex hiſce q̄ diximꝰ, neqꝫ lineam, neqꝫ ſupficiē, neqꝫ oīno q̄cq̄ꝫ ꝯtinuū, īdiuiduū eē: non ſolū ꝑꝑ id qḋ nuꝑ ē dcm̄, ſꝫ ēt qꝛ fiet, vt īdiuiduū, diuidaꝛ. Argꝫ.

¶ Manifeſtuꝫ igitur ex dictis eſt. ꝙ neqꝫ linea, neqꝫ planum, neqꝫ oīno nullum cōtinuoꝝ, erit atomus: non ſolum propter id quod nunc dictum eſt: ſed qꝛ accidit diuidi, atomum.

¶ Probat ꝙ nullum continuū eſt indiuiſibile. Et p̄ oſtēdit qḋ incōueniens ſequiꝛ ſi hoc ponaꝛ. Scḋo ponit demonſtrationem ad illud incōueniens ducentē: ibi [Qm̄ enim in omni tpe.] Dicit ergo primo, manifeſtū eē ex dictis, ꝙ neqꝫ linea, neqꝫ planum.i. ſupficies: neqꝫ oīno aliqḋ cōtinuum, eſt atomus.i. indiuiſibile. Tum ꝑꝑ p̄dicta: ꝛ qꝛ vꝫ. impoſſibile eſt aliqḋ ꝯtinuum ex indiuiſibilibus cōponi: cum tñ ex ꝯtinuis poſſit cōponi ꝯtinuum. Tū etiam qꝛ ſequeretur: ꝙ indiuiſibile diuideretur. ¶ Secundo ibi. T.23.


¶ Nā cū oī ī tpe, ꝛ id ī qḋ ē celeri⁹, ꝛ id qḋ ē tardi⁹, moueaꝛ. atqꝫ id qḋ ē celerius plus ęq̄li in tpe ſpatij trāſeat, fieriqꝫ poſſit vt duplū ſexquialterā lōgitudinē tranſeat (eſſe nāqꝫ pōt celeritatis hęc rō) ſexqal- Argꝫ.

terã magnitudinẽ eodẽ in tpe trãſeat id qđ celerius fert. Atq₃ diuidat́ magnitudies ambe, ea qdẽ qua mobile celerius trãſit: q̃ eſt.a.d.in.a.b.c.d.tres idi-uiduas ptes ↄtinuoꝝ. Ea vo quã ipſ₃ tardi⁹ tranſit in.e.f.g.duas, ⁊ ipſas idiuiduas ptes: igit́ ⁊ tp̃s.b.m.i tres ſane ptes idiuiduas diuidet́. In eq̃li nãq₃ tpe magnitudinẽ trãſit eq̃lẽ. Diuidat́ itaq₃ i.b.k.l.m.indiuiſibiles ptes. Rurſus cũ mobile tardi⁹ magnitudinẽ.e.f.g.eodẽ in tpe tranſeat: diuidet́ ⁊ tp̃s duas in ptes eq̃les. Qđ ſit idiuiduum diuidat́, ⁊ id́ qđ mouet́ nõ in idiuiduo, ſ₃ in maiore tpe ptẽ indiuiduã trãſeat. Pꝫ igit́ nullã cõtinui ptẽ pte carere.

T.c.23 Nã.n.in oĩ tpe velocius ⁊ tardius eſt. veloci⁹ autẽ plus trãſit in equali tpe, cõtingit aũt, ⁊ duplicem ⁊ hemioliũ trãſire lõgitudinẽ (ſit.n.hec ratio velocis) Adducat́ igitur velocius ſm hemioliuꝫ in eodẽ tpe. ⁊ diuidant́ magnitudines: que qdem velocioris ſunt.a.b.c.d.in tres atomos: q̃ vero ſũt tardioris, in duos, i qb⁹ ſunt.e.ʒ.i. Itaq₃ ⁊ tp̃s diuidetur in tria atoma. Equale.n.in equali tpe tranſibit. Diuidat́ igit́ tp̃s in ea que ſunt.k.l.m.n. Iterũ aũt qm̃ deductũ eſt tardius per.e.ʒ.i. ⁊ tp̃s ſecabitur in gemina. Diuidet́ ergo atomũ ⁊ impartibile. Non enim in atomo tranſit, ſed in pluri. Manifeſtũ ergo eſt, ꝙ nihil continuorum impartibile eſt.

Ponit demõſtrationẽ ad hoc incõueniẽs ducẽtẽ: in qua pmo ꝑſupponit quedã ſupius manifeſtata: quoꝝ vnũ ẽ, ꝙ i omni tpe ↄtingat veloci⁹ ⁊ tardi⁹ moueri. Scõꝫ ẽ ꝙ veloci⁹ plus ptranſit de magnitudine in equali tpe. Tertiuꝫ ẽ, ꝙ ↄtingit eẽ exceſſuꝫ velocitatis ad velocitatẽ, ⁊ lõgitudinis ptranſire ad lõgitudinẽ ſm diuerſas ꝓportiões, puta ſm duplicẽ q̃ eſt ꝓportio duoꝝ ad vnũ: ⁊ ſm hemioliũ q̃ hꝫ totũ ⁊ dimidiũ: q alio mõ dr ſexqaltera: vt ꝓportio triũ ad duo: vel ſ₃ q̃ʒcũq₃ aliã ꝓportionẽ. Ex his aũt ſuppoſitis ſic ꝓcedit. Sit h̃ ꝓportio velocis ad velox, vt inueniat́ aliqd veloci⁹ altero ſm hemioliũ.i.ſexqalterã ꝓportionẽ, ⁊ ſit ita, ꝙ veloci⁹ ptrãſeat vnã magnitudinẽ q ſit .a.b.c.d.cõpoſitã ex trib⁹ magnitudinib⁹ idiuiſibilibus: q̃rũ vna ſit.a.b.alia.b.c.tertia.c.d. in eodẽ aũt tpe opꝫ ꝙ tardi⁹ ſm ꝑdictã ꝓportionẽ ptrãſeat magnitudinẽ cõpoſitã ex duab⁹ indiuiſibilib⁹ magnitudinib⁹: q̃ ſit magnitudo ʒ.e.i. Et qꝛ tp̃s diuidi põt ſicut ẽt magnitudo neceſſe ẽ ꝙ tẽpus in q̃ veloci⁹ ptrãſit tres magnitudines diuidat́ in tria idiuiſibilia: qꝛ opꝫ ꝙ eq̃le in eq̃li tpe ptrãſeat. Sit ergo tẽp⁹.k.l.m.n.diuiſuꝫ i tria idiuiſibilia. Sꝫ qꝛ tardi⁹ i eodẽ tpe mouet́ p e.ʒ.i.q̃ ſunt due magnitudines idiuiſibiles: neceſſe ẽ ꝙ tẽpus diuidat́ i duo media: ⁊ ſic ſequet́ ꝙ idiuiſibile diuidat́. Oportebit.n. ꝙ tardi⁹ vnã magnitudinẽ idiuiſibilẽ ptrãſeat, i vno idiuiſibile tpe ⁊ dimidio. Nõ.n.põt dici, ꝙ vnã idiuiſibilẽ magnitudinẽ trãſeat i vno tpe idiuiſibili: qꝛ ſic nõ ꝑus moueret́ veloci⁹ q̃ꝫ tardi⁹. Ergo relinquit́ ꝙ tardi⁹ ptrãſeat idiuiſibilẽ magnitudinẽ in pluri q̃ꝫ in vno indiuiſibili tpe: ⁊ i minori q̃ꝫ duob⁹ ⁊ ſic oportebit vnũ idiuiſibile tp̃s diuidi. Et eodẽ mõ ſequit́, ꝙ idiuiſibilis magnitudo diuidat́, ſi ponat́ ꝙ tardi⁹ moueat́ p tres idiuiſibiles magnitudines, i trib⁹ idiuiſibilib⁹ tẽporib⁹. Veloci⁹ eñi in vno indiuiſibili tẽpore mouebitur ꝑ plures q̃ꝫ per vnam indiuiſibilem magnitudinem: ⁊ per minus q̃ꝫ duas. Unde manifeſtũ ſit, ꝙ nullum continuum poteſt eſſe indiuiſibile.

Demonſtratio, ꝙ nullum continuum eſt indiuiſibile.



At vero neceſſe eſt, ⁊ ipſuꝫ nũc qđ per ſe primoq₃ non per aliud dicitur, indiuiſibile eſſe, atq₃ omni in tempore tale ineſſe. Lec.v. Argu.

Neceſſe eſt autem, ⁊ ipſum nunc quod nõ ſm alterum ſed per ſe ⁊ primum dictum indiuiſibile eſſe ⁊ in omni tempore huiuſmodi eſſe. T.c.24

Poſtq̃ʒ oñdit Phs ꝙ nullũ ↄtinuũ ex idiuiſibilib⁹ cõponit́: neq₃ idiuiſibile eẽ: ex qb⁹ apparet motũ eſſe diuiſibile: hic determinat de diuiſiõe mot⁹. Et ꝑ pmittit q̃dã neceſſaria ad motus diuiſionẽ. Scõo d̃ ipſa mot⁹ diuiſiõe d̃terminat: ibi [Mot⁹ aũt ẽ diuiſibilis dupl r] T.33. Circa p̃m duo facit. Pmo oñdit ꝙ i idiuiſibili tpis, nõ contingit eſſe motũ neq₃ quietẽ. 2° oñdit ꝙ idiuiſibile nõ põt moueri: ibi [Quod mutat́ aũt oẽ.] Circa p̃m duo fac. Pmo oñdit ꝙ idiuiſibile tpis eſt ipm nũc. Scõo ꝙ i nũc nihil mouet́ aut q̃eſcit: ibi [Qđ aũt nihil i ipſo nũc mouet́]. 2°32. Circa h̃ tria facit. Pmo ꝓponit qđ itendit. Scõo ponit ea ex qb⁹ ꝓbari põt ꝓpoſitũ: ibi [Eſt.n.aliqd vltimũ eius.] 2°29. Infra T.26. Tertio ꝓponit id qđ ad h̃ ↄſequit́: ibi [Nece igit́.] Circa p̃m ↄſiderãdũ ẽ, ꝙ aliqd dr nũc ſm alteꝝ, ⁊ nõ ſꝫ ſeipm: ſicut dicim⁹, nũc agi qđ in toto ꝑſenti die agit́: tñ toti⁹ dies pñs, nõ dr pñs ſm ſeipꝫ: ſ₃ ſꝫ aliqd ſui. Manifeſtũ ẽ.n. ꝙ toti⁹ diei aliqua pars ꝑterijt ⁊ aliq futura eſt. Qđ aũt ꝑterijt, vel futurũ eſt: nõ ẽ nũc. Sic g̃ pꝫ ꝙ totus dies pñs, nõ ẽ nũc p° ⁊ p ſe: ſed p aliqd ſui. Et ſilr nec hora, nec qđcunq₃ aliud tẽpus. Dicit g̃, ꝙ id.qđ dicit́ nũc pmo ⁊ per ſe ⁊ nõ ſm alterũ: ex neceſſitate eſt indiuiſibile: ⁊ iterũ ex neceſſitate eſt in omni tempore. Secundo ibi.

Eſt.n.extremũ trãſacti tpis qddaꝫ, citra qđ nihil futuri tpis ẽ, ⁊ iſup ↄ̃tris vltra qđ nihil tranſacti tpis eſt quod quidẽ vtrorumq₃ temporum finem diximus eſſe. Hoc igitur ſi tale per ſe ideniq₃ demonſtrabimus eſſe, patebit etiam, ⁊ indiuiſibile eſſe. Argu.

Eſt.n.aliquid vltimũ eius qđ factuꝫ eſt, cuius ſuper hoc, nihil futuri ẽ: ⁊ iteꝝ futuri ẽ cui⁹ ſup hoc nihil ẽ illi⁹ qđ fcm̃ eſt: qđ vtriq₃ diximus vtriſq₃ eẽ terminũ. Hoc aũt ſi demõſtret́: qm̃ h̃ huiõi ẽ p ſe, ⁊ ipſum ſimul manifeſtum erit, ꝙ indiuiſibile eſt. T.c.25

Probat propoſitũ. Manifeſtũ eſt enim ꝙ cuiuſlibet cõtinui finiti, eſt accipere aliqđ vltimũ extra qđ nihil eſt eius cuius eſt vltimũ: ſicut nihil linee eſt extra punctũ, qđ ter-

minat lineã. Tp̃s aũt p̃teritũ, eſt quoddã ↄtinuũ finitũ ad pñſens. Eſt ḡ accipere aliqđ vltimũ eius qđ factũ eſt. i. p̃teriti, extra qđ nihil ẽ p̃teriti: ⁊ ifra qđ nihil ẽ futuri. Et ſimiliter erit accipe aliqđ vltimũ futuri, ifra qđ nihil ẽ p̃teriti ⁊ illud vltimũ ẽ terminꝰ vtriuſq̃. ſ. p̃teriti ⁊ futuri, q꞉ cũ totũ tẽpꝰ ſit ↄtinuũ: opꝫ ꝙ p̃teritũ ⁊ futurũ ad vnũ terminũ copulent̃. Si igit̃ de aliquo demõſtretur, ꝙ ipſum ſit tale ꝑ ſeipm̃ qđ eſt eẽ nũc ꝑ ſeipſꝫ ⁊ nõ ꝑ aliqđ ſiſtimul cũ hoc manifeſtum erit, ꝙ ſit indiuiſibile. ❡ Tertio ibi.

Argṫ. ❡ Neceſſe eſt itaq̃/idem nũc ipſum eſſe: quod finis vtrorumq̃ temporum eſt.

T.c.26 ❡ Neceſſe eſt igitur ipſum idẽ eſſe/ ipſum nunc: qđ vtriſq̃ temporibus vltimum eſt.

❡ Oſtendit quoddã ↄñs ad p̃miſſa. Et circa hoc duo facit. P̃rio oſtẽdit ſuppoſito, ꝙ nũc ſit indiuiſibile: ꝙ oporteat idẽ nũc eſſe: qđ eſt terminꝰ p̃teriti ⁊ terminus futuri. Secũdo oſtẽdit ꝙ ecõuerſo, ſi eſt idẽ vtrũq̃ nũc: opꝫ ꝙ nũc ſit

℄ Oſtendit ppoſitũ. Et primo ſolum in motu reflexo locali. Scdo cõmuniter in oĩbus motibus.ibi[Amplius ex his manifeſtũ ꝛc̃.] Prima rõ talis eſt. Omne qd mouetur cõtinue:a pncipio ſui mot⁹ ferebat̃ in fineȝ ad quẽ puenit ſm loci mutationẽ:niſi fuerit aliquid prohibens:q: a prohibente potuiſſet in aliam partem deflecti. Exemplificat aũt hanc ppõnem dicens,ꝙ ſi aliquid per motum localeȝ perueniſ ad.b,non ſoluȝ qñ propinquũ erat:ſed ſtatim qñ T.c.71.

incepit moueri mouebat̃ ad.b. Non eſt.n. aliqua rõ, quare magis moueat̃ ad.b. nũc q̃ꝫ prius. ⁊ ſilr̃ eſt in alijs motib⁹. Si aũt ita ſit ꝙ mot⁹ reflex⁹ ſit ꝯtinuus: verũ erit dicere ꝙ id qd̃ mouet̃ ab.a. in.c. ⁊ iterũ reflectit̃ i.a. ꝯtinue mouet̃. Ergo in p̃ma pte mot⁹ q eſt ab.a. in.c. mouebat̃ ad terminũ vltime partis, qui eſt.a. ⁊ ſic dũ mouet̃ ab.a. mouetur ad.a. Sequitur ergo, ꝙ ſimul mouetur ꝯtrarijs motibus: qꝛ in motibus rectis, ꝯ̃riũ eſt moueri ab eodẽ ⁊ in idẽ. In motibus aũt circularibus, nõ eſt ꝯ̃riũ. Hoc aũt eſt ipoſſe, ꝙ aliquid ſimul moueatur ꝯ̃rijs motibus: ergo impoſſibile eſt ꝙ motus reflexus ſit continuus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ratio prima qua oſtenditur ꝙ motus reflexus nõ poſſit eſſe continuus.



Argr. ¶ Et inſup vt ex eo mutet̃, in quo ipſũ nõ eſt. Quod ſi hoc fieri nequeat: in ipſo.b. ſtet̃ neceſſe eſt. Nõ igit̃ hic, vn⁹ eſt motus. Qui nãq3 mot⁹ intercipit̃ ſtatu is vnus profecto nõ eſt, vt luce clarius extat.

¶ Simul ãt ⁊ ex hoc mutat̃, in quo nõ eſt. Si igitur hoc ipoſſibile ẽ: neceſſe eſt ſtare i.c. Nõ ẽ ergo, vnus motus. Reditus enim ſtatui, non eſt vnus.

¶ Ex eodẽ medio ducit ad aliud icõueniẽs. Si.n. aliqd dũ mouet̃ ab.a. mouet̃ ad.a. nõ ãt põt moueri ad.a. niſi ex aliquo ꝯ̃poſito qd̃ ſit.c. in quo mobile nõdũ fuit cũ icipit moueri ab.a. ſequit̃ ꝙ aliqd mouet̃ ex illo termino i quo nõ ẽ. Sic g̃ ipoſſe eſt, ꝙ mot⁹ reflexus ſit ꝯtinuus. Et ſi hoc eſt ipoſſe: neceſſe ẽ ꝙ in pũcto reflexiõis mobile q̃eſcat. ſ.i.c. Ex quo pꝫ, ꝙ nõ eſt vn⁹ motus: qꝛ motus q diſtinguit̃ per interpoſitionẽ quietis, nõ eſt vn⁹. ¶ Deinde cum dicit.

Argr. ¶ Præterea, ex hiſce magis vr̃ de oi motu ꝑſpicuũ idẽ erit. Nã ſi oẽ qd̃ mouet̃, aliquo motu dictoꝝ motuũ oino mouet̃: ⁊ qd̃ q̃eſcit ex his aliq̃ q̃ete q̃eſcit, q̃ opponunt̃ (nullus.n. alius in rõne reruꝫ p̃ter aſſignatos ẽ mot⁹) id aũt qd̃ non ſemp hoc motu mouetur: eoꝝ motuũ (inq̃ꝫ) q ſpẽ differũt, ⁊ nõ mot⁹ toti⁹ cuiuſpiã pte: neceſſe eſt oppoſita q̃eſcat q̃ete. Eſt.n. q̃es, p̃uatio mot⁹. Si igit̃ hęc ita ſe hñt, ⁊ mot⁹ q̃dẽ recti, ꝯtrarij ſũt: fieri vero neq̃t, vt ſil̃ q̃cq̃ꝫ motib⁹ cõtrarijs moueat̃: id ꝑfecto ex.a. fert̃ ad.b. non ex.b. quoq3 ſil̃ feret̃ ad.a. Atq3 cũ non ſil̃ motib⁹ vtriſq3 ferat̃, moueat̃ aũt dicto motu ex.a. pergẽdo ad.b. p̃us in ipſo.b. q̃eſcat, neceſſe eſt. Hęc.n. eſt ea q̃es, q̃ opponit̃ ei motui, quo itur ex.b. ad.a. Pꝫ igitur ex

T.c.71 hiſce q̃ diximus: motũ nullũ rectũ ꝯtinuũ eſſe poſſe.

¶ Amplius aũt, ⁊ ex his manifeſtũ vr̃ magis de oi motu. Si.n. oẽ qd̃ mouet̃: mouetur aliquo dictoruꝫ motuũ, ⁊ quieſcit aliqua dictaꝝ oppoſitaꝝ quietũ (nõ erat.n. alius p̃ter iſtos) qd̃ aũt non ſemp mouet̃ ſm̃ hunc motuꝫ, dico aũt quicũq3 ſunt alteri ſpecie ⁊ nõ ſi aliqua ps eſt toti⁹: neceſſe eſt q̃eſcere ſm̃ oppoſitã quietẽ. Quies.n. priuatio eſt mot⁹. Si igitur ꝯtrarij q̃dẽ mot⁹ ſunt, q ſm̃ rectitudinẽ fiunt: ſimul aũt nõ ꝯtingit moueri ꝯtrarios: qd̃ ab.a. ad.c. fert̃, non vtiq3 feretur ſimul ab ipſo.c. ad.a. Quoniã aũt non ſimul fert̃, mouet̃ aũt ſm̃ hunc motũ: neceſſe eſt prius quieſcere apud.c. Hęc enim oppoſita quies, ei qui eſt.c. motui. Manifeſtũ igitur ex his quę dicta ſunt: qm̃ non eſt continuus motus.

¶ Probat idẽ vlius iu quolibet gñe mot⁹, tribus rõnib⁹. Quarũ p̃ma talis eſt. Oẽ qd̃ mouet̃: mouet̃ aliqua ſpẽruꝫ motus ſupra aſſignataꝝ: ⁊ ſilr̃ oẽ qd̃ q̃eſcit, opꝫ ꝙ q̃eſcat aliqua quiete oppoſitaꝝ p̃dictis motib⁹. Oñſum eſt.n. ſupra in.5. ꝙ nõ põt eẽ alius mot⁹ p̃ter aſſignatos. Accipiamus ergo aliquẽ motũ diſtinctum ab alijs motibus. B nõ ꝙ ſit differens ſpẽ ab alijs: ſicut dealbatio differt a denigratiõe: nõ aũt ſic ꝙ mot⁹ q accipit̃ diſtinguat̃ ab alijs, ſicut vna pars mot⁹ ab alijs ptibus eiuſdẽ mot⁹: vt vna pars dealbationis, diſtinguit̃ ab alijs ptib⁹ dealbatiõis eiuſdẽ. Accepto g̃ vno tali motu (ſicut dcm̃ eſt) verũ eſt dicere ꝙ illud qd̃ nõ ſemp mouet̃ hoc motu: ex neceſſitate prius quieſcebat oppoſita q̃ete: ſicut qd̃ non ſp dealbat̃, aliqñ q̃eſcebat q̃ete oppoſita dealbationi. Et hęc ꝓpoſitio non eẽt vera, ſi aliqua pars determinata motus acciperet̃. Nõ.n. eſt neceẽ, vt qd̃ nõ ſemp mouebat̃ hac pte dealbationis, ꝙ antea q̃eſceret q̃ete oppoſita: qꝛ antea ẽt dalbat̃ alia pte dealbationis. Et pp hoc ſignanter dixit [Et nõ ſi aliqua pars eſt totius.] Hãc aũt ꝓpõnẽ ſic ꝓbat. Duoꝝ priuatiue oppoſitoruꝫ neceſſe ẽ cũ vnũ nõ ineſt: alterũ ineſſe ſuſceptibili: q̃es aũt opponit̃ motui priuatiue: g̃ ſi mobile erat qñ ſibi motus nõ inerat: ex neceſſitate ſequit̃ ꝙ tũc q̃es ſibi ineſſet. Hac igit̃ ꝓpoſitione ꝓbata, ex rõne ſuprapoſita ſumit minorẽ dicẽs ꝙ ſi motus recti ꝯ̃rij ſunt q eſt ab.a. ad.c. ⁊ q ẽ a.c. ad.a. ⁊ nõ ꝯtingit ſimul eſſe motus ꝯ̃rios: manifeſtum eſt, ꝙ qñ mouebatur ab.a. ad.c. nõ mouebat̃ tunc.a.c. ad.a. ⁊ ſic iſto motu qui eſt a.c. ad.a. non ſemp mouebat̃. Unde ſm̃ ꝓpoſitionẽ pręmiſſam, neceſſe eſt ꝙ mobile prius q̃eſceret q̃ete oppoſita. Oñſum eſt aũt in.5. ꝙ motui qui eſt a.c. opponitur quies quę eſt in.c. ergo q̃eſcebat in.c. Non ergo motus reflexus erat vnus ⁊ ꝯtinuus: cum diſtinguatur per interpoſitionẽ quietis. ¶ Scd̃am rõnẽ ponit ibi. T.54.

¶ Inſup hoc ẽt mõ, rõ magis erit accõmodata. Simul.n. corruptũ eſt nõ albũ, ⁊ ortũ eſt albũ. Si igit̃ alteratio qua itur ad albũ, atq3 ex albo ꝯtinua ſit, ⁊ nullo in tempore maneat: ſimul profecto corruptuꝫ eſt non album, ⁊ factũ eſt albũ, atq3 non albũ. Horum.n. trium, idem tempus erit (vt patet.) Argr.

¶ Amplius aũt ⁊ hęc ratio, magis propria eſt his q̃ dicta ſunt. Simul.n. corruptuꝫ eſt qd̃ non album, ⁊ qd̃ factuꝫ eſt albũ. Si igitur ꝯtinua alteratio ad album, ⁊ ex non albo: ⁊ nõ manet aliquo tempore, ſimul corruptum eſt non album, ⁊ factum eſt non album. Trium enim, erit idem tempus. T.c.72

¶ Quę talis ẽ. Simul corrũpit̃ nõ albũ ⁊ gñat̃ albũ: ⁊ ecõtrario ſil̃ corrũpit̃ albũ ⁊ ſit nõ albũ. Sꝫ ſi mot⁹ reflexus in q̃libet gñe ſit ꝯtinu⁹: ſequet̃ ꝙ ꝯtinue alteratio terminet̃ ad album: ⁊ icipiat ex albo recedere: ⁊ ꝙ nõ q̃eſcet ibi aliq̃ tp̃e. Alioqn non eſſet ꝯtinua alteratio, ſi iterponeret̃ q̃es. Sed ſicut dictũ eſt, cũ ſit albũ corrũpit̃ nõ albũ: ſequit̃ g̃, ꝙ ſimul corrũpatur nõ albũ: ⁊ fiat nõ album: atq3 iſta tria ſunt

in eodem

in eodē tpe.ſ.fieri albū,⁊ corrūpi nō albū,⁊ iterū fieri nō albū:ſi tñ ɔtinuet reflexio abſq₃ iterpoſitiōe q̄etis. Hoc āt ē manifeſte īpoſe,ꝙ ſimul fiat nō albū,⁊ corrūpat̄ non albū. Nō ḡ ē poſe,ꝙ mot⁹ reflexus ſit ɔtinu⁹. ❡ Hęc aūt rō,ad gñonē ⁊ corruptionē ptinere vr̄. Et pp h̄,hāc rōnē dicit eē magis ꝓpriā q̄₃ ꝑmiſſas:q2 in ɔdictorijs magis appet,ꝙ nō pñt eē ſimul nā. Et tñ qd̄ dr̄ in gñone ⁊ corruptiōe extēdit ad oēs motus:q2 in quolibet motu ē q̄dā gño ⁊ corruptio. Sicut.n.in alteratiōe gnat̄ ⁊ corrūpitur albū vel nō albū,ita in quolibet alio motu. ❡ Tertiaʒ rōnē ponit ibi.

Arg⁹. ❡ Pręterea/nō ſi tēpus cōtinuū ē/⁊ mot⁹ ɔtinu⁹ eſt: ſʒ deinceps.quo nanq₃ pacto ɔ̃riorū motuum/vt dealbatiōis ac denigratiōis ideʒ fuerit finis? Pʒ igit̄ motum rectū/cōtinuū perpetuo eſſe non poſſe.

❡ Amplius/nō ſi continuū eſt tp̄s/⁊ motus/ſed conſequēter:quomodo igitur erit vltimū idem contrariorum vt albedinis ⁊ nigredinis?

❡ Quę talis eſt. Sicut.d̄.in.5.phiſ ē:nō ē neciuʒ ſi ɔtinuū ē tp̄s,ꝙ pp h̄ mot⁹ ſit ɔtinu⁹. Mot⁹.n. diuerſarū ſpēꝝ,⁊ ſi ſuccedāt ſibi i tpe ɔtinuo:nō tñ ſunt ɔtinui:ſʒ pn̄r ſe habentes:eo ꝙ oʒ ɔtinuoꝝ eē vnū cōem terminū, ɔ̃rioꝝ āt i ſpē differētiū vt albedis ⁊ nigredis:nō pōt eē vn⁹ cōis termin⁹. Cū igit̄ mot⁹ q ē ab.a.i.c.ſit ɔ̃rius motui q eſt.a.c.in a:i quocūq₃ gñe mot⁹. vt.d̄.i.5.oñſuʒ ē:īpoſe ē ꝙ iſti duo

T.48. mot⁹ ſint ɔtinui adinuicē:ēt ſi tp̄s eoꝝ ſit ɔtinuū nulla iterpoſita q̄ete. Relinq̄t̄ ḡ,mot⁹ reflex⁹ nullo mō pt̄ eē ɔtinu⁹. ❡ Eſt āt ɔſiderādū,ꝙ rōnes ꝑmiſſę dnt̄ logicę:q2 ꝓcedūt ex q̄buſdā cōib⁹.ſ.ex ꝓprietate ɔtrariorum. Lec.xix.


Arg⁹. ❡ Motus āt hiſce q ſup circularē lineā ſit/vn⁹ atq₃ ɔtinu⁹ erit. Nullū eni/īpoſe accidit. Eteniʒ id qd̄ ex a.mouet̄: ſimul ad ipm mouebit̄.a.eadē nimirū appetitiōe. Ad qd̄.n.ꝑueniet/ad id ⁊ mouet̄ ſʒ non ſil ɔ̃rijs ciebit̄ motib⁹/neq₃ oppoſitis ſane. Nō.n.ois mot⁹ quo ꝑgit̄ ad hoc/ɔ̃rius ei quo itur ex hoc/aut oppoſit⁹ ē. Sʒ ɔ̃rius q̄dē eſt rectus.huic.n.mot⁹ loco accōmodat⁹ ɔ̃rius eſt/vt his q per diametrū ſit. Termini.n.plurimū diſtāt. Oppoſitus auteʒ eſt/qui per eandē ſit longitudinē. Quare nihil vetat/vt talis motus continuus ſit/nullaſq₃ proſus intercapedines habeat. Etenim cōuerſio quidem/a ſeipſo in ſeipm.rectus āt motus/a ſeipſo in aliud/trāſitio eſt.

T.c.73 Ui aūt in circulari ſit/erit vn⁹ ⁊ ɔtinuus. Nulluʒ.n.īpoſſibile ɔtingit. Qd̄ enim ex a.mouet̄/ſimul mouebit̄ in a.ſm eandem pōnē. In qd̄ eniʒ veniet/⁊ mouet̄ i hoc.ſʒ nō ſil̄ mouebit̄ ɔ̃rijs/neq₃ oppoſitis. Nō.n.ois qui eſt in h̄/ei q eſt ex hoc/ɔ̃rius eſt/neq₃ oppoſitus. Sed ɔ̃rius q̄dē ē q ſup recta ſit.hic eniʒ eſt ɔ̃ri⁹ ſm locū. vt qui ſm diametrū. Diſtat enim/plurimuʒ. Oppoſitus auteʒ/qui eſt ſm eandem longitudineʒ. Quare nihil prohibet/moueri continue/⁊ nullo tempore deficere. Circularis enim motus eſt/ab eodem in idem. Rectus aūt/ab eodem in aliud.

Poſtq̄₃ Phs oñdit ꝙ nullus mot⁹ localis pt̄ eē ɔtinu⁹ ꝑter circularē. Hic oñdit ꝙ mot⁹ circularis pōt eē ɔtinu⁹ ⁊ ꝑm⁹. Et p̄ oñdit h̄,p ꝓprias rōnes. 2° p rōnes logicas ⁊ cōes.ibi[Rōnabiliter at accidit] Circa

T.76. ꝑm̄ duo facit. Primo oñdit ꝙ mot⁹ circularis ſit. Scd̄o ꝙ ſit ꝑmus.ibi[Q2 aūt lationū.] Circa ꝑm̄ duo facit. Primo ponit duas rōnes ad oñdēdū ꝙ mot⁹ circularis pt̄ eē cōtinuus. Scd̄o ex eiſdē rōnib⁹ ɔcludit,ꝙ nullus ali⁹ mot⁹ pōt eē ɔtinu⁹.ibi[Manifeſtū āt ex hac diuiſione.] Q2 āt mot⁹ circularis poſſit eē vn⁹ ɔtinu⁹,ꝑ⁹ rōne ſic ꝓbat. Illud dr̄ eſſe poſe,ad qd̄ nullū ſeq̄tur īpoſe:nullū āt ſequit̄ īpoſe ſi dicam⁹ ꝙ mot⁹ circularis ſit in ꝑpetuū ɔtinuus. Qd̄ pʒ ex h̄,ꝙ i motu circulari illud qd̄ mouet̄ ex aliquo: puta a ſil̄ mouet̄ i idē ſignū[ſm eadē pōnē].i.ſm eūdē ɔceſſuʒ mobilis,eodē ordine priū ſeruato:qd̄ i motu reflexo nō ɔtingit:q2 cū aliqd retrocedit diſponit̄ ſm ɔ̃riuʒ ordinē priuʒ i mouendo:q2 vel opʒ ꝙ pars mobilis quę in ꝑ⁹ motu erat prior: ex reflexiōe ſiat poſterior:vel opʒ ꝙ illa ps mobilis q̄ i ꝑ⁹ motu aſpiciebat ad vnā dr̄iaʒ loci: puta dextrum vel ſurſum:i reflexiōe aſpiciat ad ɔ̃riū. Sʒ i motu circulari ſeruat̄ eadē poſitio:duʒ aliqd mouet̄ ad id a q̄ recedit. Sic ḡ poterit dici,ꝙ ēt a ꝑn⁹ ſui mot⁹ dū recedebat ab.a.mouebat̄ ad h̄,ad qd̄ tādē ꝑueniet.ſ.ad ipm.a. Nec pp h̄ ſequit̄ h̄ īpoſe,ꝙ ſil̄ mouet̄ motib⁹ ɔ̃rijs aut oppoſitis: ſic ſeq̄bat̄ in motu recto. Nō.n.ois mot⁹ q ē ad aliquē terminū, ē ɔ̃rius:aut oppoſitus motui,q ē ex illo eodē termino. Sʒ iſta ɔ̃rietas inenit̄ i linea recta:ſm quā attēdit̄ ɔ̃rietas i loco. Nō.n.attēdit̄ ɔ̃rietas iter duos terminos ſm lineā circularē q̄cūq₃ ps ſit circūferētię:ſʒ ſm diametrū. Cōtraria.n. ſunt q̄ maxime diſtāt. Maxima āt diſtātia iter duos terminos,nō mēſurat̄ ſm lineā circularē,ſed ſm lineā rectā. Pñt.n.inter duo pūcta īfinitę lineę curuę deſcribi: ſʒ non niſi vna linea recta. Id āt qd̄ eſt vnū,ē mēſura in quolibet gñe. Sic igit̄ pʒ,ꝙ ſi ſit aliq̄s circulus:⁊ diuidat̄ p mediū: ⁊ ſic diameter ei⁹.a.b.mot⁹ q eſt p a diametrū ab a.in.b.ē ɔ̃rius motui q ē p eūdē diametrū.a.b.in.a. Sʒ mot⁹ q eſt p ſemicirculū ab.a.in.b.nō eſt ɔ̃rius motui q eſt p aliū ſemicirculū.a.b.in.a. Cōtrarietas aūt erat q̄ īpediebat,ꝙ mot⁹ reflexus nō poſſet eē ɔtinu⁹:vt ex ſuperiorib⁹ rōnib⁹ appet. Nihil ḡ ꝓhibet ɔ̃rietate ſublata,motū circularē eē ɔtinuū:⁊ tñ nullo tpe deficere. Et hui⁹ rō ē:q2 mot⁹ circularis hʒ ſuū cōplemētū, p h̄ ꝙ eſt ab eodē in idē.⁊ ſic p h̄ nō īpedit̄ eius ɔtinuatio. Sed motus rectus hʒ ſuum cōplementū, per hoc ꝙ eſt ab eodem in aliud. Unde ſi ab illo alio reuertatur in idem a quo inceperat moueri: non erit vnus motus continuus:ſed duo. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Oſtenſio ꝙ motus qui ſunt per diametrū circuli ſunt cōtrarij:non autem qui ſunt per ſemicirculos.



❡ Et hiſce q̄dē mot⁹ q ſit i circulo/nūq̄₃ ſit in eiſdē.rect⁹ aūt/ſępe ſit in eiſdeʒ. Is igit̄ mot⁹ q ſemꝑ i alio/atq₃ alio ſit:cōtinue fieri pōt. at hiſce continue fieri nō poteſt/qui ſępe ſit in eiſdem. Motibus enim oppoſitis/id quod mouet̄/ſimul moueatur neceſſe eſt. Quare fieri nō pōt/vt aut in ſemicirculo quicq̄₃/aut in alia vlla circumferētia/continue moueatur. Sępe enī in eiſdē moueat̄/⁊ ɔ̃rijs mutatiōib⁹ mutet̄/neceſſe ē. Nō.n.ɔiungunt̄ hic/principiuʒ atq₃ finis. Circuli Arg⁹.

T.75.
T.74.

aũt ꝯiungunť/ ⁊ hic eſt ſolus motus perfectus.

¶ Et q̃ quidē in circulo/nequaq̄ȝ i eiſdē eſt. qui vero ſm̄ rectitudinē / multoties in eiſdē eſt. Eo igitur qui ſemꝑ in alio/ ⁊ alio fit: ꝯtingit moueri continue. qui v̂o in eiſdem multoties/non contingit. Neceſſe eni eēt/ſimul moueri ꝯ̈rijs. Quare neqȝ in ſemicirculo/ neqȝ in alia circulatiōe neqȝ vna: ꝯtingit moueri cō tinue. Multoties.n. neceſſe ē eadē moueri/ ⁊ cōtra rijs mutationibus mutari. Nō.n. copulat p̄ncipio/ finē. Qui āt circuli/copulat: ⁊ ſol⁹ eſt perfectus.

¶ Ponit ſcḋaȝ rōnē dicēs: ꝙ mot⁹ circularis nō ē i eiſdē: ſȝ mot⁹ rect⁹ multoties ē i eiſdē. Qḋ ſic itelligēdū eſt. Si.n. aliqd moueať ab.a. in.b. ꝑ diametrū: ⁊ iterꝝ.a.b.i.a. ꝑ eūdē diametrū: neċe ē ꝙ ꝑ eadē media redeat ꝑ q̃ pri⁹ trāſierat: ⁊ ſic pluries ꝑ eadē ferť. Sȝ ſi aliqd moueať ab.a.i.b. ꝑ ſemicirculū, ⁊ iterꝝ.a.b.i.a. ꝑ ſemicirculū aliū: qḋ ē circulariter moueri. manifeſtū ē, ꝙ nō redit ad idē ꝑ eadē media. Eſt āt de rōne oppoſitoꝝ, ꝙ circa idē ꝯſiderenť: ⁊ ſic manifeſtū ē ꝙ moueri ab eodē i idē ſȝ motū circularē, ē abſqȝ oppōne: ſȝ moueri ab eodē i idē ſȝ motū reflexū, ē cū oppōne. Sic igiť pȝ, ꝙ motū circularē q̃ non redit ad idē ꝑ eadē media: ſȝ ſꝑ ptrāſit aliud ⁊ aliud, pōt eē vn⁹ ⁊ ꝯtinu⁹: q2 nō hȝ oppoſitionē. Sȝ ille mot⁹ reflex⁹. ſ. q̃ dū redit i idez pluries, i eiſdē medijs fit ptrāſeūdo, nō p̄t eē i ꝑpetuū ꝯtinu⁹: q2 neceſſe eēt ꝙ aliqḋ ſic moueret ꝯ̈rijs motib⁹ (vt.ſ̈. oñ ſuȝ ē.) Et ex eadē rōne ꝯcludi p̄tꝫ ꝙ neqȝ mot⁹ q̃ ē in ſemicirculo: neqȝ in q̈cūqȝ alia circuli portiōe, p̄t eē i ꝑpetuū ꝯtinuo: q2 in his motib⁹ neċe ē, ꝙ multoties ptrāſeanť eadē media: ⁊ ꝙ moueanť ꝯ̈rijs motib⁹, q̈ſi debeat fieri redit⁹ ad p̄n^m: ⁊ h̃ iḋ, q2 neqȝ in linea recta: neqȝ in ſemicirculo: neqȝ in q̈cunqȝ circuli portiōe, copulať finis a p̄n^o: ſȝ diſtāt ab inuicē, p̄n^m ⁊ finis. Sed in ſolo circulo, finis copulať p̄ncipio, ⁊ ideo ſolus mot⁹ circularis eſt pfect⁹. Unūqḋqȝ.n. pfectum eſt ex hoc, ꝙ attingit ſuū principium. ¶ Scḋo ibi.

Argy. ¶ Ex hac aũt diuiſiōe pȝ/fieri nō poſſe quo cęteroꝝ motuū q̃ſq̄ȝ ꝯtinu⁹ ſit. Accidit.n. in vniuerſis/vt ꝑ eadē q̃ſqȝ fiat. vt i alteratiōe/ꝑ mediū ipȝ: ⁊ i motu q̃ quātitati accōmodať/ꝑ magnitudines medias: ⁊ i generatiōe/corruptioneue/ſilr̃. Nihil.n. itereſt/pauca q̃ſpiaȝ / an plura faciat ea media in quibus eſt ipſa mutatio: ⁊ addat qd an auferat. fit.n. vtroqȝ modo/vt per eadē ſępe motus efficiatur.

Cō.74. ¶ Manifeſtū aũt ⁊ ex hac diuiſione / q̃m non ꝯtingit alios motus eſſe cōtinuos. In oibus.n. accidit/ eadē moueri multoties/vt i alteratiōe ꝑ media/ ⁊ in eo q̃ ē q̄ȝtitatis/ſm̄ mediū magnitudis/ ⁊ i gn̄one ⁊ corruptiōe/ſilr̃. Nihil.n. dr̃t/pauca aut m̃lta facere/ in qb⁹ eſt mutatio: neqȝ mediū ponere aliqd/aut auferre. vtrobiqȝ.n. accidit/eadeȝ moueri multoties.

¶ Oñdit ex eadē rōne ꝙ in nullo alio gn̄e p̄t eē aliqs mot⁹ ꝯtinu⁹. Et ꝑ oñdit ꝓpoſitū. Scḋo ifert qḋdā correlariū ex

infra dictis. ibi [Manifeſtū igiť ex his.] Dicit ḡ p̄, ꝙ ēt ex iſta diſtōne q̄ ponit iter motū circularē, ⁊ alios mot⁹ locales: manifeſtū ē, ꝙ nec in alijs gn̄ibus mot⁹ ꝯtingit eē aliquos mot⁹ in ifinitū ꝯtinuos: q2 in oibus alijs gn̄ibus motus, ſi debeat aliqd moueri ab eodē i idē, ſeqť ꝙ multoties ptrāſeat eadē, ſicͭ i alteratiōe: opȝ ꝙ ptrāſeat medias q̈litates. Ex calido.n. trāſiť i frigidū, ꝑ tepidū: ⁊ ſi debeat rediri ex frigido i calidū: opȝ ꝙ ꝑ tepidū trāſeať. Et idē appet i motu q̃ ē ſȝ q̄ȝtitatē: q2 ſi qḋ moueť de magno i paruū: ⁊ iterꝝ redeat ad magnū: opȝ ꝙ bis fit i media q̄ȝtitate. Et ſilr̃ ē ēt i gn̄one ⁊ corruptōe. Si.n. ex igne fiat aer: ⁊ iterꝝ ex aere fiat ignis: opȝ ꝙ medias diſpōnes bis trāſeat. Sic.n. me^m p̄t poni i gn̄one ⁊ corruptiōe, ſm̄ ꝙ accipiť cum tranſmutatione diſpōnuȝ. Et q2 media tranſire ꝯtingit in diuerſis mutationibus diuerſimode: ſubiungit ꝙ nihil differūt, vel pauca, vel multa media facere: ꝑ quę aliqd moueatur de extremo in extremū: neqȝ accipe aliqḋ me^m poſitiue: vt pallidū inter albū ⁊ nigrū: vel remotiue: vt iter bonuȝ ⁊ malū: qḋ neqȝ bonū: neqȝ malum eſt: q2 q̈litercūqȝ media ſe habeant: ſꝑ accidit ꝙ eadē multoties ꝑtrāſeanť. ¶ Scḋo ibi.

¶ Ex his igiť pȝ / nec eos nāles bn̄ ſenſiſſe/q̃ res vniuerſas ſenſibiles iquiūt ſꝑ moueri. Nā motuū iā dictoꝝ aliquo moueāt/maxieqȝ ſm̄ illos alterēť/neceſſe ē. Fluere.n. inquiunt eas ſꝑ/decremētaqȝ ſuſcipe. Pręterea gn̄onē atqȝ corruptionē/alteratiōēȝ eē dicūt. Nō v̂o nr̃a tūc dixit/nullo q̄cq̄ȝ oino motu p̄ter ꝯuerſionē ꝯtinue moueri poſſe. Quare nec alteratiōe/nec accretiōe decretiōeue. Hęc igiť ſatis ſint dicta/ad demōſtrādū nullā ifinitā eſſe mutationeȝ aut continuam/pręter ipſam ſolam conuerſionem. Argy.

¶ Manifeſtuȝ igitur ex his/q̃m neqȝ phyſiologi bn̄ dicūt / oia ſenſibilia moueri ſꝑ dicētes/moueri enim neceſſe eſt/aliquō hoꝝ motuū: ⁊ maxie ſm̄ illos/ē alterari. Fluere.n. dicūt/ſꝑ/atqȝ corrūpi. Adhuc aũt ⁊ generationē ⁊ corruptionē/alterationē eſſe dicūt. Nō aũt nūc dixit vel de oi motu/ꝙ ſm̄ nullū motuȝ ꝯtingit moueri continue extra queȝ/circulo. Quare neqȝ ſm̄ alterationē/neqȝ ſm̄ augmētū ꝯ. igiť neqȝ infinita ſit mutatio neqȝ vna/neqȝ continua extra circuli motum: nobis dicta ſint tanta. vt i Timęo Plato teſtať.

¶ Cōcludit ex p̄miſſis, ꝙ antiq̃ nāles nō bn̄ dixerūt: ponētes oia ſenſibilia ſꝑ moueri: q2 oporteret ꝙ mouerenť ſm̄ aliquē p̄dictoꝝ motuū: de qbus oñdimus ꝙ nō pn̄t eſſe in ꝑpetuū ꝯtinui. Et maxime, q2 ſm̄ ꝙ illi dn̄t: motus ſemꝑ ꝯtinuus, eſt alteratio. Dicūt.n. ꝙ oia ſꝑ defluūt ⁊ corrūpuntur. Et adhuc dn̄t, ꝙ gn̄o ⁊ corruptio nihil ē aliud q̄ȝ alteratio: ⁊ ſic duȝ dn̄t oia ſꝑ corrūpi: dn̄t oia ſꝑ alterari. Probatū ē āt ꝑ rōnē.ſ̈. iductā, ꝙ nullo motu ꝯtigit ſꝑ moueri niſi circulari: ⁊ ſic relinqtur, ꝙ neqȝ ſm̄ alterationem: neqȝ ſm̄ augmētū: pn̄t oia ſꝑ moueri (vt illi dicebant.) Ultimo āt p̄ncipale itentum epilogādo ꝯcludit. ſ. ꝙ nulla mutatio poſſit eē ifinita ⁊ ꝯtinua, niſi circularis. ¶ Deide cū dicit.

¶ Ipſaȝ āt ꝯuerſionē/lationū oiuȝ eſſe p̄mā: ꝑſpicuū ide fieri pōt. Ois.n. latio: aut circularis ē/aut recta aut mixta (ſicut ⁊ antea diximꝰ) At hac qdem illas p̄ores eē/neceſſe eſt. ex illis.n. ꝯſtat (vt pȝ) Recta vero/circularis eſt p̄or. eſt.n. ſimplex/ꝑfectaqȝ magis. Fieri igiť nō pōt/vt ſuꝑ ifinita linea recta q̄cq̄ȝ feratur. nō eſt.n. id in rōne reꝝ: quod hoc pacto dr̃ ifinitū. at neqȝ ſi eēt/moueret q̄cq̄ȝ oino. Non.n. id fit/ qḋ ipoſſe eſt. Impoſſe eſt aũt (vt pȝ) trāſire quippiam infinitū. Ea vero latio quę ſuꝑ finita recta linea fit/ ſi reflectať cōpoſita erit ꝓfecto/duoqȝ motus: ſi nō reflectatur/imperfecta ac corruptibilis. At imperfecto/perfectum: ⁊ incorruptibile/corruptibili natura prius eſſe: ⁊ ratione/atqȝ tempore conſtat. Argy.

¶ Q̄ȝ autē lationū/circularis prima ſit: manifeſtū eſt. Cō.75.

Omnis

Omnis.n.ſm locū mot⁹(ſicut ⁊ ṗus diximus)aut
in circulo/aut in recto/aut mixtus eſt. Hoc autē/ne
ceſſe eſt priores eſſe illos.ex illis.n.ↄſtitutus eſt. Re
cto autē/circularis.ſimplex.n.⁊ pfectus magis eſt.
In īfinitū.n.nō eſt/ſm rectū ferri.ſic.n.īfinitu/nō eſt
ſed neqꝫ ſi eēt/moueretur vtiqꝫ aliquid: nō.n.fit/int
poſſibile.trāſire autē infinitū/īpoſſibile eſt. Infinito
autē recto/reflectēs qdem/cōpoſitus eſt: ⁊ duo ſunt
mot⁹.nō reflexus āt/īperfect⁹ ⁊ corruptus. Prius
aūt/⁊ natura/⁊ rōne/⁊ tpe eſt pfectū qdē/īperfecto:
corruptibili autem/incorruptibile.

T.64. ¶ Probat ꝙ motus circularis ſit ṗmus motuū duab⁹ rō
nibus,quaꝝ p⁹ talis eſt. Oīs motus localis(vt prius dcm̄
eſt)aut eſt circularis:aut rectus:aut cōmixtus. Circularis
aūt ⁊ rect⁹ ſunt priores cōmixto:qꝛ ex illis ↄſtituit̄. Inter
illos aūt duos, circularis eſt prior recto. Circularis.n.eſt
ſimplicior ⁊ pfectior recto. Qđ ſic pbat. Motus.n.rect⁹,
nō pōt ꝓcedere in īfinitū. Hoc.n.eſſet dupl̄r. Uno modo
ſic,ꝙ eſſet magnitudo p quam tranſit motus rectus īfini
ta:qđ eſt īpoſſe. Sed ēt ſi eēt aliq̄ magnitudo īfinita,nihil
moueret̄ ad infinitū. Qđ.n.īpoſſe eſt eſſe:nunq̄ſ fit aut ge
nerat̄.īpoſſe eſt aūt tranſire īfin̄m,nihil ḡ mouet̄ ad h ꝙ īfi
nita ptrāſeat. Nō ḡ pōt eē motus rect⁹ īfinit⁹ ſup magnitu
dinē īfinitā. Alio mō poſſet intelligi mot⁹ rect⁹ īfinit⁹ ſup
magnitudinē finitā p reflexionē. Sed motus q eſt refle
xus,nō eſt vn⁹(vt ſupra ꝓbatū eſt) ſed ē cōpoſitus ex duo
bus motib⁹. Si aūt ſup linea recta finita,nō fiat reflexio:
erit mot⁹ īperfectus ⁊ corruptus. Impfectus qdē:qꝛ poſſe
eſt ei fieri additionē. Corrupt⁹ aūt,qꝛ cū puenit ad termi
nū magnitudinis,ceſſabit mot⁹. Sic ḡ pꝫ,ꝙ mot⁹ circu
laris q nō eſt cōpoſit⁹ ex duob⁹:⁊ q non corrūpit̄,cū venit
ad terminū cū ſit idē ei⁹ ṗn̄m ⁊ finis:ē ſimplicior ⁊ pfectior,
q̄ꝫ motus rect⁹. Perfectū aūt ē prius īperfecto:⁊ ſil̄r īcor
T.55. ruptibile corruptibili:⁊ nā:⁊ rōne:⁊ tpe(ſicut ſupra oñſuꝫ
eſt:cū ꝓbabat̄ loci mutationē eē priorē alijs motib⁹.) Ne
ceſſe ē ḡ motū circularē,eē priorē recto. ¶ Deide cū dic.

Argu. ¶ Hiſce prerea/mot⁹ q ppetu⁹ eē pt/ꝑor eſt eo q ppe
tu⁹ eē neqt. At ↄuerſio qdē/ppetua eē pōt.cēteroꝝ
āt motuum/nullus ppetu⁹ eē pt.ſtat⁹.n.ſit/opꝫ.qui
cū eſt/corrupt⁹ eſt iā ipſe mot⁹/atqꝫ euanuit.

¶ Amplius/ꝑor eſt quē ↄtingit ppetuū eſſe/nō ↄtin
gēti. Circularē igitur ↄtingit ppetuū eſſe/aliorum
aūt neqꝫ loci mutationē/neqꝫ alium/neqꝫ vnū/cō
tingit eſſe ppetuū.ſtatum enim opꝫ fieri.ſi autem
ſtatus eſt/corruptus eſt motus prior.

¶ Ponit ſcđaꝫ rōnē:q̄ talis ē. Motus q pōt eē ppetuus,eſt
prior eo qui ppetuus eſſe nō pōt:qꝛ ppetuū eſt prius nō p
petuo,⁊ tpe,⁊ nā. Circularis aūt motus,pōt eſſe ppetu⁹;
⁊ nullus alioꝝ motuū:cū oporteat eis ſuccedere quietē.
Ubi aūt qes ſupuenerit:corrūpit̄ motus. Relinquit̄ ḡ,ꝙ
motus circularis ſit prior oībus alijs motib⁹. ¶ Hec aūt
q̄ in hac rōne ſupponit ex ſuperioribus patent. Lec.xx.

Argu. ¶ Atqꝫ recte cū rōneqꝫ accidit/ↄuerſionē vnū eē mo
tū/atqꝫ ↄtinuū: ⁊ nō eā lationē q̄ ſup recta līea pgit̄.
Hui⁹.n.ṗncipiū ⁊ finis ⁊ mediū dīfinitū ē:⁊ vniuer
ſa hęc ſūt ī ipa. Quo fit vt id ſit vñ icipiat qđ moue
tur/⁊ ad itē ad qđ puenict dēſinetqꝫ moueri. in ipis
nāqꝫ finib⁹ qeſcit id oē qđ motu recto ciet̄:aut in eo
ex q̄ icipit motu cieri:aut in eo ad quē accedit. Sꝫ
in circūferētia/ſūt hęc(vt pꝫ)īdefinita. Qđ.n.ipſius

pūctū:finis poti⁹ rōnē q̄ꝫ ṗncipij ſubit. Acq̄.n.qđ
uis punctoꝝ ṗncipiū ē/⁊ mediū/atqꝫ finis:vt ſp id
qđ mouet̄ in ṗncipio ſit/⁊ medio/atqꝫ fine: ⁊ nūq̄ꝫ ī
vno tm̄. Quapp ipſa ſphęra mouet̄/⁊ aliq̄ mō qe
ſcit.eūdē.n.occupat locū. Cā āt ē/hęc oia accidiſ
ſe ipſi cētro. Nā ṗncipiū eſt/⁊ magnitudinis atqꝫ fi
nis. Quare fit:vt qꝛ hoc extra circūferentiā ē/nō ſit
id in q̄ qeſcit id qđ fert̄/q̄ſi trāſierit.ſp.n.circa me
diū/ſꝫ non ad vltimū fert̄. Qꝛ vō ſemp hoc manet/
ideo totū ſpm ↄtinue ṗrim qeſcit/partim mouetur.

Rationabiliter autē accidit/⁊ circularem Co.76.
vnū eſſe/⁊ ↄtinuū/⁊ nō rectū. Eius enim
q in recto/determinatū eſt ṗncipiū ⁊ fi
nis ⁊ mediū/⁊ oia hęc hꝫ i ſeipſo. Qua
re eſt/vñ icipiet qđ mouetur: ⁊ vbi finiet.apud termi
nos.n.qeſcit oē/aut vñ/aut vbi. Circularis aūt/ide
terminati ſūt. Quid.n.magis qcūqꝫ termin⁹ eoꝝ q
ſunt in linea? Similiter.n.vnumquodqꝫ ṗncipiū/⁊
mediū eſt: ⁊ finis.quare ſemper quędā ſunt in ṗnci
pio: ⁊ fine: ⁊ nunq̄ꝫ in vno tm̄ ſunt. Uñ mouet̄ ⁊ qe
ſcit quodāmō:ſphęra.eundem.n.obtinet locū. Cā
aūt eſt/ꝙ omnia hęc accidūt centro. Principiū.n.
⁊ mediū magnitudinis ⁊ finis/eſt. Quare ꝓpter id
ꝙ extra circularē eſt: non eſt vbi qđ fertur qeſcat.
ſic.n.ſemp fertur circa mediū: ſed non ad vltimū.
Propter hoc autē manet: ⁊ ſemper quieſcit quo
dāmodo totum: ⁊ mouetur continue.

Poſtq̄ꝫ Phs oñdit ꝓprias rōnes ꝙ mot⁹ circularis
ē ↄtinu⁹ ⁊ ṗmus,h oñdit idē p q̄ſdā logicas,
⁊ cōes rōnes. Et ponit tres rōnes. Circa qꝛū ṗmā dicit,ꝙ
rōnabiliter accidit,ꝙ mot⁹ circularis ſit vnus ⁊ ↄtinuus
in ꝑpetuū:nō aūt motus rect⁹:qꝛ i recto determinat̄ ṗn̄m
mediū ⁊ finis:⁊ oia hęc tria eſt aſſignare i ipſa linea recta:
⁊ ideo eſt i ipſa linea vñ incipit motus ⁊ vbi finiat̄:qꝛ oīs
T.54. motus qeſcit apud terminos.ſ.vel a quo,vel ad quē. Hos
enim duos qetes.ſ.in.5.diſtinxerat. Sꝫ in linea circulari
termini nō ſūt diſtincti. Nulla.n.ē rō.q̄re vnū pūctū ſigna
tū i linea circulari ſit magis termin⁹,q̄ꝫ alius:qꝛ vnūqđqꝫ
ſil̄r eſt,⁊ ṗn̄m,⁊ mediū,⁊ finis:⁊ ſic quodāmō qđ mouetur
circulariter:ſemp eſt i ṗn°⁊ in fine:inquantū.ſ.qđlibet pū
ctū ſignatū in circulo pōt accipi,vt ṗn̄m,vel finis:⁊ quodā
mō nunq̄ꝫ eſt in ṗn°vel fine:inquātū.ſ.nullū punctū circu
T.84. li ē ṗn̄m vel finis in actu. Unde ſequit̄ ꝙ ſphęra quodāmō
mouetur,⁊ quodāmō qeſcit:qꝛ(ſicut in.6.dcm̄ eſt)ſphęra
dū mouet̄ ſp obtinet eūdē locū ſm ſubm:⁊ q̄ꝫtū ad h qe
ſcit:aliū tm̄ ⁊ aliū ſm rōnē:⁊ q̄ꝫtuꝫ ad h mouetur. Jō aūt in
ipſa linea circulari nō diſtinguit̄ ṗn̄m,mediū,⁊ finis,qꝛ hęc
tria ptinēt ad cētrū:a quo ſic a ṗn°ꝓcedūt lineę ad circūfe
rētiā:⁊ ad ipm terminant̄ lineę a circūferētia ꝑtractę:⁊ ē
ēt mediū totius magnitudinis ſm ęqdiſtantiā ad oia ſigna
circūferētię. Et iō,qꝛ ṗn̄m ⁊ finis circularis magnitudinis,
eſt extra circulationē.ſ.in cētro:ad qđ nō ptingit qđ circu
lariter mouet̄:nō eſt aſſignare in motu circulari vbi qeſcat
illud qđ fertur cū puenerit ad ipm:qꝛ qđ circulariter mo
uetur,ſp fertur circa mediū:ſed nō fertur ad vltimū: qꝛ nō
fertur ad mediū qđ eſt ṗn̄m ⁊ vltimū. Et pp hoc totum qđ
ſphęrice mouetur,quodāmō ſp qeſcit:⁊ quodām ↄtinuē
mouetur(vt dcm̄ eſt.) Ex his ergo quę dicta ſunt,ſic ratio
extrahi pōt. Oīs motus q nunq̄ꝫ eſt in principio,⁊ fine:eſt
continuus:ſed motus circularis,eſt hm̄.ḡ ⁊c. Et per idem

medium probatur, ꝙ motus rectus non poſſit eſſe conti-
nuus. ℂ Deinde cum dicit.

Argr. ℂ Accidit aũt hec ↄuerſio. vt ecõtra/cõuerſio motuuʒ
ſit pͥma atqꝫ mẽſura. qꝛ nãqꝫ motuuʒ eſt mẽſura ipſa
ↄuerſio/ideo primus ſit ipſa motus neceſſe eſt/ipſo
eniʒ primo/oĩa mẽſurantur. et qꝛ rurſus primus eſt
ꝛ oĩum motus/ideo ipſa menſura eſt ceterorũ.

ℂ Accidit aũt ↄuerſim. ꝛ nãqꝫ qm̃ menſura motuuʒ ẽ
circularis/primã neceẽ eſt ipſaʒ eſſe. oĩa. n. menſurantᷣ
primo. ꝛ qꝛ primum ẽ/menſura alioꝝ eſt.

ℂ Ponit ſecundam rõnem dicẽs: ꝙ hec duo ↄuerſim ſe ſe-
quentᷣ. ſ. ꝙ motus circularis ſit menſura oĩum motuum:
ꝛ ꝙ ſit primus motuum. Oĩa. n. menſurantᷣ p̊ ſui generis
Lec.2. (vt i. 10. meta. oñdiᷣ) Et ſic iſta ꝓpoſitio ↄuertibilis eſt:
omne quod eſt menſura: eſt primũ ſui gñis: ꝛ oẽ qd̊ eſt pri
mũ: ẽ mẽſura. Sꝫ motus circularis eſt mẽſura oĩum alioꝝ
T.133 motuũ (vt pʒ ex his que in fine quarti ſunt dicta) g̃ motus
circularis, eſt primus motuuʒ. Uel ſi ſupponatᷣ, ꝙ motus
circularis ſit pͥmus motuũ ꝓp ſupradictas rõnes: ↄcluditᷣ
ꝙ ſit mẽſura aliorum motuũ. ℂ Tertiaʒ rõnem ponit ibi.

Argr. ℂ Preterea/vniformis ẽt mot⁹/ſola ↄuerſio eſſe poſ
ſet. Que nãqꝫ recto motu cientᷣ/difformiter ſane fe
runtᷣ. Diſcrepãt. n. ptes mot⁹ ꝓpinq̃ pͥncipio/ab hi
ſce ptib⁹ q̃ ꝓpinq̃ ſũt fini. Eteniʒ vniuerſa q̃ ſuapte
nã feruntur/quo magis ab eo loco recedunt ex quo
moueri ceperint/eo celerius moueri videntᷣ. At ſo-
la in ↄuerſiõe/neqꝫ pͥncipiũ eſt/neqꝫ finis: qppe cum
nõ ſit in ipſa circũferẽtia quicq̃ʒ tale/ſed extra.

ℂ Amplius aũt/ꝛ regularẽ cõtingit circularẽ eſſe/ſo
lum. Que. n. in recto/a pͥncipio irregulariter feruntᷣ
ad finẽ. Oĩa. n. quãto diſtãt plus a qeſcente: feruntᷣ:
velocius. Circularis autẽ ſolius/neqꝫ pͥncipium in
ipſo aptum natum eſt eſſe/ſed extra.

ℂ Dicẽs ꝙ ſolus motus circularis põt eẽ regularis: ꝛ qꝛ q̃ i
linea recta mouẽtur: regulariter feruntᷣ a pͥn° vſqꝫ ad finẽ.
T.44. Eſt. n. mot⁹ irregularis (vt in. 5. dcm̃ eſt) q nõ eſt equaliter
velox p totũ: qd̊ neceſſe eſt accidere in oĩ motu recto: qꝛ in
motib⁹ nãlibus q̃to aliq̃ que mouentᷣ, plus diſtãt a pͥ° qe
te a qua icipit mot⁹, velocius mouentᷣ: in motu aũt violen
to, q̃to plus diſtãt ab vltima qete ad quã terminatᷣ mot⁹:
tãto veloci⁹ mouentᷣ. Nã motus nãlis itẽditᷣ in fine: vio-
lentus aũt in pͥn°. Hoc aũt in motu circulari locũ nõ hꝫ: qꝛ
in circulo pͥnm̃ ꝛ finis, nõ eſt natũ eẽ iter ipſaʒ circulatiõnẽ
q̃ fit p circũferentiam [ſed extra]. i. in centro (vt dcm̃ eſt)
Uñ nulla eſt rõ, q̃re intẽdatᷣ ꝛ remittatᷣ motus circularis,
quaſi p approximationem ad pͥnm̃ vel finem: cũ ſemp eq̃
liter appropinquat centro qd̊ eſt principiũ ꝛ finis. Mani-
feſtuʒ eſt aũt ex his que in. 5. dicta ſunt, ꝙ motus regula-
T.43. ris eſt magis vnus q̃ʒ irregularis: ꝛ ſic motus circularis ẽ
prior nãliter q̃ʒ motus rectus: Quanto enim aliquid eſt
magis vnũ: tanto nãliter prius eſt. ℂ Deinde cum dicit.

Argr. ℂ At vo ſcie hui⁹ lationẽ (inq̃ʒ) pͥmũ motuũ eẽ/teſtes
ſunt vniuerſi q mẽtionẽ mot⁹ fecerunt. Pricipia. n.
ipſius/hiſce tribuũt q̃ motu iſtiuſmodi ciẽt. Segre-
gatio nãqꝫ cõgregatio vel mot⁹ in locõ ſunt. hoc aũt
mõ/ↄcordia atqꝫ diſcordia mouẽt. altera nãqꝫ ipſa
rum ſegregat: altera ↄgregat. Anaxagoras quoqꝫ/
mẽtẽ q̃ mouit/pͥus ſe cernere dicit. Eadẽ ꝛ hi ſentiũt
q nullã aliã taleʒ cãm ponũt/ſꝫ ob vacuuʒ inquiunt

res moueri. Et hi nãqꝫ nãʒ eo motu q loco accõmo
datᷣ/moueri dñt. Mot⁹. n. q fit ob vacuũ/latio nimi
ruʒ eſt/ꝛ vt in loco mot⁹ (vt pʒ) Ceteroꝝ aũt motuuʒ
nulluʒ ipſis ieſſe pͥmis/ſꝫ in hiſce dũtaxat que ↄſtãt
ex illis/putãt. Accreſcere. n. hec decreſcereqꝫ/ac al-
terari: ↄgregatiões ſegregationẽqꝫ ſubeũtib⁹ idiui
duis corpib⁹ dicũt. Eadẽ ꝛ hi cẽſent q dẽſitate rari
tateue/gñonẽ corruptionẽue ↄficiunt. congrega-
tiõe nanqꝫ ſegregationeue/hec vniuerſa diſponunt.
Accedit ad hec coꝝ quoqꝫ ſnĩa/q cãʒ mot⁹ aĩaʒ fa
ciũt. Id. n. qd̊ ſeipſ̃ʒ mouet/eoꝝ q̃ mouentᷣ: pͥncipiuʒ
eſſe dicũt. Aĩal aũt oẽqꝫ animãs motu ad locuʒ accõ
modato/ſeipm̃ mouet. Id pͥterea ſolũ ꝓpͥe moue-
ri dicimus/qd̊ eo motu cietᷣ q ad locuʒ accõmodatᷣ.
Nõ ſi qppiã quieſcat qdẽ eodeʒ in loco/icrementa
v̊o vel decremẽta ſuſcipiat/vel alteretur/id aliqua ex
parte ꝛ nõ abſolute moueri/dicere conſueuimus.

ℂ Quod autẽ ſm̃ locuʒ mutatio/primus motuũ eſt: Co.77.
teſtantur omnes/quicunqꝫ de motu fecerunt memo
riam. Principia. n. tradunt ipſius mouentibus ſm̃
hmõi motuʒ. Diſgregatio autẽ ꝛ cõgregatio/mo
tus ſm̃ locuʒ ſunt. ſic enim mouẽt/ↄcordia ꝛ diſcor
dia. hec quideʒ enim diſgregat. illa autẽ cõgregat.
Et ipſuʒ aũt itellectũ mouẽtem pͥm̃ (ait Anax.) di-
ſgregare. Siliᷣ aũt/ꝛ quicunqꝫ huiuſmodi qdẽ neqꝫ
vnã cauſaʒ dicunt/ꝓpter vacuuʒ aũt moueri dicunt.
Et nanqꝫ hi ſm̃ locum motum/natura moueri di-
cunt. Motus. n. qui propter vacuuʒ fit loci mutatio
eſt/ꝛ ſicut i loco. Alioꝝ autẽ/neqꝫ vnũ ineſſe primis
corporibus/ſed his que ſunt ex his/opinantur. Au
gmentari. n. ꝛ corrumpi ꝛ alterari/cõgregatis ꝛ diſ
gregatis atomis corporibus/dicunt. Eodeʒ autem
mõ/et gñnqꝫ ꝓp denſitateʒ aut raritatem efficiunt
gñationem ꝛ corruptionẽ. cõgregatione. n. ꝛ diſ-
gregatiõe/hec cõponunt. Amplius autem ꝛ preter
hos/aĩam cãm facientes motus. ipſum ſeipſum. n.
mouens/principium eſſe dicunt eoꝝ que mouentᷣ.
Mouebit autem aĩal/ꝛ omne aĩatum ſm̃ eam que
eſt ſm̃ locum/cineſim. Et ꝓpͥe autem moueri dici
mus ſolum/qd̊ mouetur ſm̃ locuʒ motuʒ. Si autem
qeſcat qdem in ſeipſo/augmentetᷣ autem/aut detri-
mentum patiatᷣ/aut alteretᷣ/contingit quodãmõ mo
ueri/ſimpliᷣ autẽ/moueri/non dicimus.

ℂ Oñdit per opiniones antiquoꝝ phoꝝ, ꝙ motus localis
ſit pͥmus motuum: ꝛ dicit ꝙ huic veritati atteſtantᷣ dicta
oĩuʒ phoꝝ antiquoꝝ q de motu fecerũt memoriã: qꝛ pͥnci
pĳs attribuũt ꝙ moueãt motu locali. Et h̃ oñdit p̊ p opi-
nionẽ Empe. q poſuit amicitiã ꝛ litẽ pͥ⁹ principia mouen-
tia: quoꝝ amicitia ↄgregat: lis vero diſgregat. ↄgregatio
aũt ꝛ diſgregatio, ſũt mot⁹ locales. Scd̊o oñdit idẽ p opi
nionẽ Anaxa. q poſuit intellectũ primã cãm mouentẽ: cu
ius opus ſm̃ ipm̃ eſt diſgregare cõmixta. Tertio oſtendit
idẽ p opinioneʒ Demo. qui non poſuit cãm mouentẽ: ſed
dixit ꝙ oĩa mouentᷣ ꝓpter naturam vacui. Motus autem
qui eſt ꝓpter vacuũ, eſt loci mutatio: vel ſilis loci mutatio
niꝫ: qꝛ vacuum ꝛ locus, nõ differũt niſi rõne: vt in quarto dĩ
ctum

tũ eſt. Et ſic ꝯũ ponũt res p̃ᵒ moueri ꝑ vacuũ: ponũt motũ localẽ nãliter p̃ᵐ: ⁊ nullũ alioꝝ motuũ. Sꝫ alios motus opinant̃ ꝯſequi ad motũ localẽ. Dicũt.n. ſequẽtes. Democritũ, ꝙ augmẽtari ⁊ corrũpi ⁊ alterari, ꝯtingit ꝑ q̃dã cõgregationẽ ⁊ diſgregationẽ indiuiſibiliũ corpoꝝ. Quarto oñdit idẽ ꝑ opiones antiquoꝝ nãliũ q ponebãt vnam cãꝫ mãlez tm̃: vel aquã, vel aerẽ, vel ignẽ, vel aliqd mediuꝫ. Ex illo.n. vno mãli p̃nᵒ cõſtituũt gñonẽ ⁊ corruptionẽ reꝝ ꝑ ꝯdẽſationẽ ⁊ rarefactionẽ: q̃ ꝑ q̃dã ꝯgregationẽ ⁊ diſgregationẽ cõplent̃. Quinto oñdit idẽ ꝑ opionẽ Platonis q poſuit aiaꝫ eẽ p̃mã cãm motᵒ. Poſuit.n. Plato ꝙ mouẽs ſeipſuꝫ qđ ẽ aia: eſt p̃nᵐ oium coꝝ q̃ mouent̃. Mouere aũt ſeipꝫ, ꝯuenit aiali, ⁊ oi aiato ſm eũ q eſt ſm locũ cinetim]. .i. ꝑ trãſmutationẽ localẽ. Sexto aũt oñdit idẽ ꝑ ea q̃ cõiter ⁊ vulgariter loquẽtes dicũt. Illud.n. ſolũ dicimus moueri, qđ mouet̃ ſm motũ localẽ. Si ãt aliqd qeſcat i loco: ſꝫ moueat̃ motu augmẽti: aut decremẽti: aut alteratiõis: di ꝙ mouet̃ quodãmodo. ſꝫ nõ ſimpl'r. ¶ Deide cũ dicit.

Argũ. ¶ Motũ igitur omni in tẽpore ſemp fuiſſe ſempqꝫ fore, ⁊ quid eſt principiũ perpetui motus, quis p̃terea p̃mus eſt motus, ⁊ quis ſolus ꝑpetuus eẽ põt, ⁊ id inſuper qđ p̃muꝫ mouet imobile eſſe: ſatis iam hiſce quę dicta ſunt, explicauimus.

¶ Quod q igit̃ ſemp motᵒ erat, ⁊ erit omni tẽpore, ⁊ quod principium ꝑpetui motus, adhuc auteꝫ, qs motus p̃mus, ⁊ quẽ motum perpetuuꝫ cõtingit eẽ ſolum, ⁊ ꝙ primũ mouẽs imobile ſit: dictuꝫ eſt.

¶ Epilogat quę dixerat. ſ. ꝙ motus ſemper fuerit, ⁊ ſemp erit: ⁊ ꝙ eſt aliqđ primum principium motus perpetuuꝫ: ⁊ quis ſit primus motus: ⁊ quem motum ꝯtingat eſſe perpetuum: ⁊ ꝙ primuꝫ mouens ſit immobile. Hęc enim oia in pręcedentibus declarata ſunt. Lec. xxj.

Argũ. ¶ Nunc ãt ꝑtſoᵒ hoc vacare, magnitudinẽqꝫ nullaꝫ ꝑſus hẽe neceſſariũ eſſe, dicamus: ac demõſtremus opꝫ ꝑus hiſce de finitis, quę hanc ſniam añcedunt.

T.c.78 Quod autem hoc neceſſe eſt impartibile eſſe, ⁊ nullam habere magnitudinem: nunc dicamus: determinantes primum de prioribus ipſo.

Poſtq̃ Phs oñdit q̃lis ſit p̃mᵒ motᵒ: h̃ oñdit quale ſit p̃mũ mouens. Et diuidit̃ in partes duas. Primo dicit de quo eſt intẽtio. Scđo exequit̃ ꝓpoſitũ. ibi

Infra [Hoꝝ aũt vnũ.] Dicit aũt p̃, ꝙ cũ oſtẽſũ ſit ſupra ꝙ p̃ᵐ mouens eſt imobile: nũc dđm eſt ꝙ p̃mũ mouẽs eſt idiuiſibile, ⁊ nullã habẽs magnitudinẽ: ſicut oino icorporeũ. Sed anteq̃ hoc oſtendamus, oportet prędeterminare quędam quę exigunt̃ ad huiuſmodi probationem. ¶ Scđo ibi.

Argũ. ¶ Atqꝫ hoꝝ vnũ ẽ hoc, fieri (inq̃) nõ poſſe, q̃ finitum q̄cq̃ tpe moueat ifinito. Tria nanqꝫ eẽ in oi motu ꝯſtat, id qđ mouet̃, id qđ mouet, ⁊ tertiuꝫ ipm tps. Atqꝫ, aut hęc oia ifinita ſunt, aut finita, aut hoꝝ aliqua, vt duo, aut ẽt vnũ. Sit igit̃. a. qdẽ mouẽs, b. ãt id qđ mouet̃, ⁊ tẽpus ifinitũ ſit. c. Pars itaqꝫ ipſiᵒ. a. quę qdẽ ſit. d. moueat partez aliquã ipſiᵒ. b. ſitqꝫ illa pars. e. Atqꝫ pꝫ, non toto. c. tpe ipſam mouere. in maiore nãqꝫ, maius nimirũ mouet. Quare ſit, vt tps illud ifinitũ nõ ſit, deſignet̃, atqꝫ ſit. f. Hoc igitur pacto addens ipſi. d. atqꝫ. e. pti ptẽ, totũ. a. tãdem, ⁊ b. ſil'r totum cõſumã, tps aũt nunq̃, ęqualeꝫ. f. parti ſemp auferẽs ptez, q̃ppe cũ ſit (vt eſt ſuppoſitũ) ifinitũ. Quare totũ. a. mouẽs, totuꝫ. b. ipm, finito in tpe c. mouebit. Fieri ergo nõ põt, vt a finito q̄quã infinito i tpe moueat̃. Perſpicuũ igit̃ eſt, fieri nõ poſſe: quo finitũ quicq̃ tempore moueat infinito.

¶ Hoꝝ ãt vnũ qdem eſt, ꝙ ipoſſe eſt nullũ finitũ mouere ſm infinitum tps. Tria.n. ſunt, qđ mouet̃, mouens, i quo tertiũ, tps. Hęc ãt, aut finita ſunt oia, aut infinita oia, aut q̃daꝫ, aut duo, aut vnum. Sit igitur a. mouens, quod ãt mouetur. b. tempus infinitum, in quo. c. Ipſum. d. igit̃, moueat aliquã ptem ipſiᵒ. b. quę eſt in quo. e. Nõ igit̃ in ęquali ipſi. c. in pluri.n. maius. Quare, nõ eſt infinituꝫ tps, qđ eſt ipſius. ꝫ. Sic itaqꝫ ipſi. d. apponens, auferã ipm. a, ⁊ ipſi. e. ipm. b. tps ãt non auferã, ſꝑ remouẽs equale. infinituꝫ.n. eſt. Quare oẽ. a. totum. b. mouebit, infinito tpe ipſiᵒ. c. Nõ ergo poſſe eſt, a finito, moueri aliqd ſm infinitũ motuꝫ. Qđ q igitur nõ contingit finituꝫ, in infinito tẽpore mouere: manifeſtũ eſt.


¶ Exequit̃ ꝓpoſituꝫ. Et p̃ ꝑmittit q̃dã q̃ ſunt neceſſaria ad p̃ncipalis ꝓpoſiti oñſionẽ. Scđo oñdit p̃ncipale ꝓpoſitũ. ibi [Determinatis autꝫ his.] Circa p̃ᵐ tria facit. Primo, T.86. oñdit ꝙ ad motũ ifinitũ req̃rit̃ poᵃ infinita. Scđo ꝙ poᵃ infinita, nõ põt eẽ in magnitudine finita. ibi [Qđ aũt oino T.79. in finita magnitudine.] Tertio ꝙ p̃mum motorẽ oportet eẽ vnum, qui moueat motũ ꝯtinuũ ⁊ ſempiternũ. ibi [De T.82. his aũt quę ferunt̃.] Dicit ḡ p̃, ꝙ inter ea q̃ p̃determinanda ſunt añ p̃ncipale ꝓpoſitũ. vnũ eſt, qđ ẽ ipoſſe aliqđ finitũ ſm potẽtiã, mouere ꝑ tps ifinitũ. Qđ ſic oñdit. Tria ſunt i quolibet motu: quoꝝ vnũ ẽ, qđ mouet̃: aliud eſt ipſum mouẽs. tertiũ aũt eſt tps in quo ſit motus. Opꝫ aũt ꝙ, aut oia iſta ſint ifinita: aut oia ſint finita: aut q q̃dam ſint finita, ⁊ q̃dã infinita: vel duo tm̃: vel vnum. Ponat̃ ḡ primo, ꝙ. a. ſit mouẽs: b. qđ mouet̃: tps vero i quo ſit motus, ſit. c. Et ponat̃, ꝙ aliq̃ pars ipſius. a. q̃ ẽ. d. moueat aliqua partẽ. b. q̃ ẽ. e. His ḡ poſitionibus factis, cõcludi põt ꝙ. d. mouet. e. in tpe nõ ęquali ipſi. c. in quo. a. mouebat. b. ſꝫ in tpe minori. Probatũ eſt.n. in ſexto, ꝙ totũ mobile in maiori tpe ꝑtrãſit aliqđ ſignũ, q̃ꝫ pars eius. Cuꝫ ḡ tps qđ eſt. c. ſit infinitũ: relinquit̃ ꝙ tps in quo. d. mouet. e. nõ erit ifinitũ: ſed finituꝫ. ⁊ ſit illud tps: vt ſicut. a. mouet. b. in tpe. c. infinito: ita d. moueat. e. in tpe. ꝫ. finito. Cum aũt. d. ſit pars ipſius. a. ſi ſubtrahẽdo ab. a. addat̃ ipſi. d. total'r ipm. a. auferetur vel ꝯſumet̃, cũ ſit finitũ. Oẽ.n. finitũ ꝯſumit̃ ꝑ ſubtractionẽ, ſi eadẽ q̃ꝫtitas ſemp ſumat̃ (vt in tertio dcm̃ eſt) Et ſil'r ꝯſumet̃ ipm. b. ſi cõtinue ſubtrahat̃ aliqd ab ipſo, ⁊ apponat̃ T.50. ipſi. e. qꝛ. b. ẽt ponebat̃ eſſe finitũ, ⁊ quãtũcũqꝫ auferatur a tpe qđ eſt. c. ẽt ſm eandem q̃ꝫtitatẽ auferendo, nõ cõſumit̃ totũ. c. qꝛ ponit̃ eẽ infinitũ. Ex hoc ꝯcludit, ꝙ totũ. a. mouet totum. b. in tpe aliquo finito, qđ eſt pars ipſius. c. Qđ qdem ſic ſequit̃ ex p̃miſſis: qꝛ ſm ꝓportionẽ qua addit̃ ad mobile ⁊ ad motorẽ: addit̃ ẽt ad tps. Cũ ḡ ſubtrahendo a toto mobili ⁊ motore: ⁊ addendo ad ptes ipſoꝝ, ꝯſumat̃ q̃nqꝫ totũ mobile ⁊ totũ mouens: ita ꝙ totum qđ erat in toto addet̃ parti: ſequit̃ ꝙ ꝓportionabil'r addẽdo ad tps, reſultabit tps finitũ: in quo totũ mouẽs mouebit totum mobile. Et ſic opꝫ, ꝙ ſi totũ mouẽs eſt finitũ ⁊ mobile finitũ: ꝙ tps ſit finitũ. Sic ḡ nõ eſt poſſibile, ꝙ a finito mouẽte moueat̃ aliqd motu ifinito. ſ. ſm tps infinitũ. Et ſic pꝫ, qđ p̃ ponebat̃, q nõ ꝯtingit ꝙ finitum mouẽs moueat in tpe infinito. ¶ Mouet aũt Auicẽ. dubitationẽ circa hanc Ariſt. demonſtrationẽ. Vr̃.n. nõ eẽ vlis. Eſt.n. aliqđ finitũ mouens ⁊ mobile, a quo nõ põt aliqd auferri, vel ſubtrahi

bi:ſicut eſt corpus cęleſte:q͛ tñ in hac demonſtratiõe,non excipit̓. Uñ vi᷑ ꝙ vel demõſtratio ſit pticularis,vel ꝓcedat ex falſa ſuppoſitiõe. ¶ Huic aūt obiectiõi,rñdet Auerro. i cõmēto:ꝙ q̈uis a cęlo nihil poſſet ſubtrahi:hęc tñ ꝯditionalis eſt vera:ſi a cęlo aliq̃ ps auferat̓:ps il'a mouebit᷑ aut mouebit̓ in minori tp̄e q̈ȝ totū. Nihil.n.ꝓhibet,ꝯditionalē eē verā:cui' añs eſt ipoſ'e. Sicut pȝ in hac ꝯditionali:ſi hō volat,hȝ alas. Quicquid aūt tollit veritatē ꝯditionalis verę:falſum ē:lȝ añs ꝯditionalis ſit falſuȝ. Ueritas aūt p̄dictę ꝯditionalis,nõ põt ſtare cū h̄ ꝙ finitū moueat tp̄e infinito,vt pȝ p deductionē Ap. Sic igit̓ ex veritate p̄miſſę ꝯditiõalis,ꝯcludit Ap. ipoſ'e eē ꝙ finitū moueat,tp̄e ifinito, ¶ Põt aūt breuius dici,ꝙ Ap. qñ i demõſtrationib' ſuis vtit̓ ablatione vel ſubtractiõe:non ſp per ablationē itelligēda ē ſolutio ꝯtinuitatis:quã ipoſ'e eſt eē in corpore cęleſti:ſȝ ablatio itelligi põt, ſm q̈ȝcūq; deſignationē. Sicut i ligno ꝯtinuo manēte,poſſum deſignare,vel tactu,vel cogitatiõe aliqđ punctū q̈ſi diuidēs totū:p hunc modū auferre aliquã partē a toto: ⁊ dicere ꝙ minor albedo eſt in pte,q̈ȝ in toto. Et p hūc ēt modū põt dici,ꝙ virtus ad mouēdū i pte corporis cęleſtis p deſignationē ablata minor eſt,q̈ȝ in toto. ¶ Alia aūt dubitatio,ē difficilior.

2. de gñone ⁊ corruptione. T. 56. Nõ.n.vi᷑ eſſe ꝯ rõnem mouētis finiti:ꝙ moueat tp̄e infinito:qꝛ ſi illud finitū ſit icorruptibile vel ipaſſibile ſm ſuam nãm ⁊ nõ recedēs a ſua nã:ſemp eodē mõ ſe hȝ ad mouendū,qꝛ idē ſp eodē mõ ſe hñs,ſp facit idē. Uñ nõ eſt magis rõ,q̈re nõ p̄t mouere poſtq̈ȝ añ. Et h̄ ſenſibiliter apparet. Uidem'.n.ꝙ ſol põt in ifinito tp̄e mouere corpa iferiora. ¶ Ad huius aūt dubitationis ſolutionē:iueſtigãdus eſt ꝓceſſus demõſtratiõis iductę. Certū.n.eē dȝ,ꝙ ſic itelligēda eſt ꝯcluſio,quēadmodū ſeqtur ex p̄miſſis. Cõſiderãdū ē igit̓,ꝙ tp̄s mot' p̄t accipi dupliciter,p̄cipue in motu locali. Uno' ſm ptes mobilis. Alio' ſm ptes magnitudinis ſup̄ quã trãſit mot'. Manifeſtū eſt.n.ꝙ prius vna ps mobilis ptrãſit aliqđ ſignū magnitudīs,q̈ȝ totū mobile. Silr̓ ēt totū mobile,prius ptrãſit vnã ptē magnitudīs,q̈ȝ totã. Apparet aūt manifeſte ex ꝓceſſu Ap. ꝙ h̄ loquitur de tp̄e mot' ſm ꝙ tp̄s mot' accipit̓ ſm ptes mobilis:⁊ nõ ſm ꝙ accipit̓ ſm ptes magnitudinis. Accipit.n.i ſua demõſtratione,ꝙ ps mouētis moueat ptē mobilis, i minori tp̄e q̈ȝ totū moueat totū:qđ nõ eēt verū,ſi accipem' tp̄s mot' ſm ptes magnitudinis, q̃ motu ptranſit̓. Eadē.n.eſt ꝓportio ptis motoris,ad ptes mobilis:q̃ ē ꝓportio toti' motoris, ad totū mobile. Uñ ęq̈li velocitate ſp ps mouebit ptem q̃ totū mouet totū:⁊ ſic i ęq̈li tp̄e ptranſibit ps mobilis aliquã magnitudinē motã a pte motoris:⁊ totū mobile motū a toto motore, Uel forte i minori tp̄e mouebit̓ totū,q̈ȝ ps:qꝛ po' vnita maior eſt,q̈ȝ po',diuiſa:⁊ q̈to maior ē po' mouētis:velocior ē motus ⁊ tp̄s min'. Opȝ ḡ ꝙ h̄ itelligat̓ ſm ꝙ accipit̓ tp̄s mot' ſȝ ptes mobilis:qꝛ vna ps mobilis i minori tp̄e ptrãſit aliqđ ſignū:q̈ȝ totū mobile. Et ſȝ h̄ ē ipoſ'e,ꝙ tp̄e ifinito moueat̓,niſi ſit mobile ifinitū. Jmpoſ'e ē aūt,ꝙ mobile ifinitū moueat̓ a motore finito:qꝛ ſp virtus motoris,eſt maior q̈ȝ v̓tus mobilis. Uñ nec̄e eſt,ꝙ mobile ifinitū,moueat̓ a motore ifinito. Et ſic ſic̄ ipoſ'e ſequit̓ ex h̄ qđ ponit̓,ꝙ motor finitus moueat mobile finitū,motu q ſit ifinit' ſm ptes mobilis. Jto remoto h̄ incõuenienti.opȝ viteri' h̄ ꝯcludere,ꝙ mot' ifinit' ſit mobilis ifiniti a motore ifinito. ¶ Sȝ ꝯ h̄ p̄t aliqs obijcē,ꝙ Ariſ. ſupra nõ ꝓbauit motū eē ifinitū ſm ptes mobilis: ſic̄ mot' corpis ifiniti dr̄ ifinitus:qꝛ totū vniuerſuȝ corporeū finitū eſt(vt ꝓbatuȝ eſt in tertio hui':⁊ ꝓbabit̓ in p̄° de cęlo) Uñ nõ vi᷑ eſſe demõſtratio Ap. ſic verificata ad ꝓpoſitum ꝯcludēdū.vt.ſ.p̄mus motor q mouet motū ifinitū,ſit ifinitus. ¶ Sȝ dr̄m,ꝙ id qđ ē cã p̄' motus ifiniti:dȝ ꝙ ſit p ſe cã ifinitatis mot':qꝛ ſp cã q̃ eſt p ſe,eſt prior ea q̃ eſt p aliū (vt.ā.dcm̄ eſt) Uirtus aūt cãę p ſe,determinat̓ ad effectū per ſe:⁊ nõ ad effectū per accñs. Sic.n.ſup̄ docuit Ap. in ſcđo,cõparare cãs effectib': Cū āt ꝯtingat motū eē ifinituȝ dupl'r(ſic̄ dcm̄ eſt).ſ.ſm partes mobilis:⁊ ſm partes magnitudinis:ſup̄ quã trãſit mot':per ſe ifinitū ē i motu ex partib' mobilis:per accñs āt ſm partes longitudinis:qꝛ q̈ntitas mot' q̃ attēdit̓ ſm partes mobilis,cõpetit ei ſȝ ꝓpriū ſubm:⁊ ita ineſt ei per ſe. Quãtitas āt mot',nõ accipit̓ ſm partes lõgitudinis:ſȝ ſm reiterationē mot' ipſi' mobilis:put.ſ.mobile totū qđ cõpleuit motū ſuū per vnã partē lõgitudinis,iterato pertrãſit aliã. Jd ḡ qđ ē cã p̄' ifinitatis mot' hȝ v̓tutē ſuper ifinitatē mot' q̃ ē per ſe: vt.ſ. poſſit mouere mobile ifinitū ſi ꝯtingat. Et iõ nec̄e eſt,ꝙ ſit ifinitū. Et q̈uis p̄m mobile ſit finitū:tñ hȝ quãdã ſilitudinē cum ifinito(vt dcm̄ ē in tertio) Ad h̄ aūt,ꝙ aliqd ſit cã mot' ifiniti per reiterationē mot': q̃ eſt per accñs:nõ opȝ ꝙ habeat v̓tutē infinitã:ſȝ ſufficit ſi hȝ v̓tutē imobilē finitã:qꝛ ſemper manēte eadē v̓tute:poterit reiterare eūdem effectū. Sic̄ ſol hȝ v̓tutē finitã:⁊ tñ poſſet mouere iferiora elemēta tēpore ifinito:ſi mot' eēt ſempitern' ſȝ poſitionē Ap. Nõ.n.ē p̄' cã infinitatis mot':ſed q̈ſi ab alio mota ad mouēdū tēpore ifinito ſm poſitionē p̄dictã. ¶ Scđo ibi. T. 33.

¶ Demonſtratio qua probatur ꝙ finitum mouens non poteſt mouere aliquid in tempore infinito.

.C. tempus infinitum.



¶ Fieri vero nõ poſſe/vt finita in magnitudine vires ſint infinitę/ex hiſce ſane fuerit motū. Sint.n. maiores hę ſemp vires/q̃ ęquale qđ minori in tp̄e faciūt ceu calefaciūt/aut dulcedine afficiunt/aut ꝓijciunt/ dinoq; mouent. Nõ cuȝ ita ſit/ab eo quoq; ꝑfecto/ qđ infinitū qdem eſt/ifinitas āt vires hȝ/patiēs qppiã patiat̓/⁊ magis q̈ȝ ab alio patiat̓:nec̄e eſt. infinitę nãq; vires/virib' ſunt maiores finitis. At nullū eē tp̄s oĩno põt/quo vires illę mouerēt. Nã ſi ſit a.tp̄s/quo vires in finitę calefecerūt/vel pepulerūt a.b.vero ſit tp̄s:id i quo finitę q̈dã vires mouerūt/ hiſce virib'/ſi maiores finitas vires ſemp addidero ad eas tādē vires ꝑueniūt:quę mouere i.a.tēpo Argr.

repoſſunt

re poſſunt. Finito nãqꝫ cuiuis ſi finitũ ſemper addi dero: omni: quouis illud definito faciam maius/ ⁊ ſi abſtulero minus/idẽtidem faciaꝫ. Ergo tempore in eodem aut ęquali finitę ac infinitę vires moue/ bunt. Hoc aũt eſt impoſſibile. Fieri ergo nõ poteſt vt magnitudo finita/vires habeat infinitas.

T.c.79 ¶ Qꝫ aũt omnino in finita magnitudine/ non cõtin/ git infinitam eſſe potẽtiã: ex his manifeſtũ eſt. Sit enim plus potẽtia ſemp/ ęquale in minori faciẽs tẽ pore. vt calefaciẽs/aut dulce faciens/ aut proijciẽs/ ⁊ omnino mouẽs. Neceſſe ẽ ergo/ ⁊ a finito quidẽ/ infinitã aũt hñte potentiã/pati aliqd patiens: ⁊ pl⁹ q̃ꝫ ab alio. plus.n. eſt infinita potentia. At vero/ tẽ/ pus nõ cõtingit eſſe vllũ. Si.n. eſt in quo a. tẽpus/ in quo infinita vis calefacit/aut depellit: in quo aũt a.b. finita quędã/ad hanc/maiorẽ ſemp accipiẽs fi nitã: veniã aliqñ ad id quod in.a. tempore motum erat. ad finitũ.n. ſemp addens/excellam omne de/ terminatum. ⁊ auferens ⁊ deficiens/ ſimiliter. In ęqli ǧ tpe mouebit finita ipſi ĩfinitę. Hoc ãt ẽ ĩpoſſi bile. Nullũ itaqꝫ fiᵐ ꝯtigit ĩfinitã potẽtiã habere.

